Aut nō lʒ mihi facere quod volo?
An oculus tuus neq; eſt quia ego
D bonus ſum. Sic erunt nouiſſimi ꝑ-
mi et primi nouiſſimi. Multi enim
ſunt vocati: pauci vero electi.

SImile eſt regnū celorū homi
ni patrifamilias: q̄ exijt ꝑmo
mane ⁊c.) Mat. xx. In preſen
ti euāg. tāgūtur tria pūcta: q̄
ſunt. Uocatio: remuneratio:
murmuratio. Quātū ad primū literalit
ſciēdū eſt ꝙ iſtud euāgeliū eſt paraboli-
cū: ⁊ iō ſenſus literalis nō eſt quē voces
pretendūt proprie ſʒ quē trāſſumptiue.
Et q: eadē dictio trāſſumptiue multa ſi-
gnificare pōt: vt puta ſero mortē hoīs ⁊
tp̄s gratie ideo multas expoſitiones li-
terales aſſignāt ſcti huius parabole q̄s
oēs ꝓſequemur. Dicit ergo (Sile eſt re-
gnū celoꝝ) i. ſtatus xp̄ianitatis vel eccl'ie
militātis. Quot modis aūt dicat regnū
celorū: vide. ſ. dñica. iiij. poſt octa. epi.
(Homini prīfamilias) Iſte eſt deus cui⁹
E dom⁹ ē mūdus: in quo ſm Chry. tres hʒ
familias: celeſtiū: terreſtriū ⁊ infernorū.
Prima eſt filioꝝ: ſcd̄a militū: tertia incar
ceratorū (qui exijt) De⁹ nō exit mutādo
locū: q: vbiq; eſt cū vbiq; operet̄ cōſer-
uādo res cōditas: ſʒ exit operādo nouos
effectus. Uñ dicit̄ veniſſe in mūdū qñ aſ
ſumpſit carnem ⁊ ad hoīem venire dicit̄
qñ nouiter in eo operat̄ ⁊ infundit cha-
ritatis amorē (Primo mane) Sciēdū ꝙ hic
per diē accipit̄ tota duratio pñtis ſeculi:
vt di. ſ. Tho. ſup Mat. ⁊ Orig. Diuerſe
aūt etates ſunt diuerſe hore huius diei.
Mane ergo mūdi vt Greg. dicit fuit ab
Adā vſq; ad Noe. Et in illa etate ſiue in
illo mane huius mundi deus exijt p̄mo
(cōducere operarios in vineā ſuā) Iſta
vinea ſm Chry. eſt iuſtitia ⁊ intellige ꝙ
eſt iuſtitia legalis. Sʒ ꝓ hoc ſciēdū ē ex
ij. ij. q. lviij. ar. vj. ꝙ iuſtitia legalis dicit̄
dupl'r. Uno mō q̄dā virtus ſp̄alis qui-
dē in eſſendo: ſʒ gn̄alis in cauſando q:
ſ. mouet oēs alias virtutes ⁊ earū actus
ordinat ad ſuū finē. i. bonū cōe. Et i p̄n-
cipe principaliter quaſi ⁊ architectonice:
in ſubditis aūt ſecūdario ⁊ q̄ſi admini-
ſtratiue. Et ſcd̄o q̄libet virtus particula
ris ſʒ q̄ mouet̄ a ꝑdicta virtute. Chry.
ergo loquit̄ de iuſtitia primo mō ⁊ etiaʒ
ſcd̄o: ſic tñ vt iuſtitia ſit q̄ſi quoddā no-
mē collectiuū includēs in ſe virtualiter
oēs virtutes. ſicut eū dr̄ Exo. viij. Uenit
muſca grauiſſima. i. magna multitudo
muſcarū. Et diuerſe vites ſunt diuerſe
ꝟtutes ſm eū: q̄ ſūt diligēter collēde. Sʒ
ſm Greg. iſta vinea eſt vniuerſalis eccle
ſia. in qua videt̄ velle Greg. ꝙ ſit vnica
vitis. i. xp̄s: ſʒ hʒ quaſi infinitos palmi-
tes. q: quot ſctōs protulit quaſi tot pal-
mites miſit. Sʒ tñ ſaluator. Ioā. xv. diſti
guit tria gn̄a palmitū. Quidā eñ ſunt
viti. i. xp̄o adherētes ꝑ fidē: ſʒ nō fructifi
cantes ꝑ operationē: vt fideles pctōres.
Quidā vero nec fructificātes nec adhe-
rētes ſed exciſi: vt heretici et ſciſmatici.
Quidā vero ⁊ adherēt ⁊ fructificant: vt
ſcti exiſtētes in gratia dei ⁊ ſctā charita
te. De primis dicit. Oēm palmitē i me. ſ.
manētē nō ferētē fructū. De ſcd̄is autē.
Siq̄s in me nō manſerit ⁊c. Et vtriq; ad
nihil niſi ad ignē ſūt apti. De tertijs ve D
ro dicit. Qui manet in me ⁊ ego in eo ⁊c.
Operarij vero cōducti ſm Chry. ⁊ Gre.
ſunt oēs recte operātes. Quis ſm Gre.
ꝓprie operarij ſint ꝑlati ⁊ doctores q̄ ſin-
gulis etatib⁹ vocāt̄ ad erudiēdū plebē



fideliū. Uñ mane cōducti fuerūt. Adam
Seth. ⁊ Enoch. Lʒ aūt operarij ſint ꝑdica
tores: tñ q̄libet fidelis ē operari⁹ q: ē ꝑdica
tor dicēdo aliq̄ bona vl' ſaltē bñ operando.
Nā bon⁹ ſmo ⁊ bona ꝑdicatio ē bñ ope-
A rari: q: plus mouēt exēpla q̄ verba: ſm
Greg. (Cōuētiōe aūt facta cū operarijs)
q̄ ꝯuētio ē ꝓmiſſio ꝑmij vite eterne: q̄ qñ
facta ſit ſtatim dicet̄ (ex denario diurno)
i. ꝓ denario diurno. q̄ ſcʒ ꝓ dieta dabat̄.
Remi. Denarius dr̄ q̄ antiq̄t⁹ ꝓ decē nū
mis cōputabat̄: ⁊ figurā regis hʒ. Recte
ergo deſignat̄ ꝑ denariū obſeruati deca
logi ꝑmiū. Hec ille. Et itēdit Remigi⁹ ꝙ
iſtud ꝑmiū dicit̄ denari⁹. Primo: q: ꝓ de-
cē ꝑceptorū obſeruātia dat̄. Scd̄o q: cō-
ſiſtit i impſſiōe diuine imaginis in mēti-
bus nr̄is: q: ſ. ipſa deitas in nobis erit.
ita ꝙ ipſam immediate ſine alia ſpecie
videbim⁹. ⁊ ꝯñr ꝑfecta tūc in nobis erit
dei noſtri imago. Pōt addi tertia ratio.
q: ſcriptura q̄ ē circa denariū ſignificat
ꝑfectā notitiā quā habebimus i deo. Et
quarta. q: circularitas denotat eterni-
tatis poſſeſſionē (Miſit eos i vineā ſuā)
B vt laborādo ſe ꝑmio dignos efficerētur.
¶ Sciēdū tñ ꝙ in vinea materiali aliqñ
laborat̄. nec aliq̄d ſolatiū habet̄ i ea nec
in ſpe futuri premij. Aliqñ vero habet̄:
vt cū ē frondoſa vl' fructib⁹ onuſta. In
ſp̄uali aūt ſemꝑ habet̄ ſolatiū: q: delecta
biliſſimū ē bñ operari: cū ꝟtus ſit ſm natu
rā hoīs q̄ ad ꝑncipalē ei⁹ partē. ⁊ ēt ma-
gna cōſolatio ē credere: ⁊ vt ita dicā ſen
tire deū ſibi ꝓpitiū ⁊ amicū. (Et egreſſ⁹
circa horā tertiā) q̄ hora tertia ſm Gre-
goriū eſt decurſus mūdi a Noe vſq; ad
Abraā. i q̄ ſunt cōducti Noe: Sem: He-
ber: Thare: ⁊ cōſimiles (vidit alios ſtā-
tes in foro otioſos) forū ſm Origenē eſt
oē q̄d extra eccl'iam ē. In hoc eñ mūdo
vēdēdo ⁊ emēdo viuūt hoīes: ⁊ inuicē ſi
bi fraudē faciētes. vitā ſuā ſuſtētāt. Hec
ille. ¶ Sʒ hic eſt q̄ſtio: quō ſancti iſto tē-
C pore cōducti potuerūt eſſe extra eccl'iam
⁊ otioſi? Ad hoc dico ꝙ fides ꝑ naturam
haberi nō pōt: ſʒ ꝑ reuelationē hr̄ ⁊ infu
ſionē: iō oīs homo in ſe cōſideratus infi-
delis ē ⁊ extra vineā. Uñ ēt ipſe Adā q̄
cū fide et grā fuit cōdit⁹: vt pʒ prīa par-
te. q. xcv. ⁊. ij. diſt. xxix. fuiſſe ꝯduct⁹ a ſā-
ctis dicit̄: ⁊ conſequēter fuit extra vineā
q̄ntū erat de ſe. Similiter dico ꝙ nullus
homo ſufficit ſine adiutorio dei ſp̄ali age
re aliq̄d op⁹ meritoriū vite eterne: imo
neq; ꝑfecte bonū moraliter vt pʒ ex. ij.
ſentētiarū. diſtin. xxviij. Ideo oīs homo D
q̄ntū eſt de ſe otioſus eſt: quātūcūq; ſit iu-
ſtus. ſed ꝑ gratiā dei otioſus nō eſt: q̄ eū
ad operādū adiuuat. Quia ergo homo
pōt dici otioſus ⁊ nō otioſus: iō qui hora
prima ſunt cōducti nō ſunt dicti otioſi:
q: nō cōpetebat tp̄i cōductiōis tñ vere
erāt de ſe otioſi. Nec hoc dico quaſi eſſēt
de ſe peccatores. q: vt dicit Chryſ. pctōr
nō eſt otioſus: ſʒ occiſus. Otioſus aūt ē
q̄ nec bonū nec malū facit (Et illis dixit.
Ite ⁊ i vos vineā meā) Iſti ſic dicit Chr.
in hom. ſub incerto pacto cōducunt̄. Uñ
ſubdit̄. (Et q̄d iuſtū fuerit dabo vobis)
huius cauſam aſſignat idē ibidē dicēs.
Sciēs dñs q: preuaricatur⁹ fuerat Adā
⁊ oēs poſtmodū in diluuio fuerāt perituri
certū pactū fecit ad eū: neqñ dicat iō ſe
neglexiſſe iuſtitiā: q: neſciebat q̄ ꝑmia
fuerat recepturus. Iſtis aūt nō fecit pa-
ctū: q: tantū paratus eſt retribuere q̄ntū
mercenarij recipe nō ſperabāt. Hec ille.
Lʒ aūt hoc pactū de quo Chry. loquit̄ in E
ſcripturā nō habeat̄ expreſſe: tñ rōnabi
le eſt ꝙ de⁹ qñ poſuit Adā i paradiſo ad
operādū expoſuerit ei operis mercedē.
Origeñ. vero aſſignat cauſam: q: vocati
hora tertia tñ potuiſſēt ſi voluiſſent ex-
ercere vires ꝙ equale op⁹ feciſſent cum
ꝑoribus iō ꝑmiſſ cōductor ſuo ſtatuit iu
dicio. Et videt̄ velle Orige. ꝙ hoc ſit fa-
ctū ad ſignificādū ꝙ quacūq; etate vl' ho
ra q̄s a deo vocet̄ ad vineā pōt feruen-
ter amādo multū mereri (Iterū aūt exijt
circa ſextā ⁊ nonā horā ⁊ fecit ſimiliter)
Sexta hora ſʒ Greg. ē ab Abraā vſq; ad
Moyſen. nona aūt a Moyſe vſq; ad ad-
uētū dñi. Hora ſexta fuit ꝯduct⁹ Abraā:
Iſaac: ⁊ Iacob: ⁊ duodecim patriarche:
nona ꝟo Moyſes: Aarō: Ioſue: iudices: F
reges: prophete: ⁊ ſacerdotes. Iō aūt cō
iūxit ſextā ⁊ nonā: ſʒ Chry. ſup Matth.
q: in eis vnus populus vocat⁹ eſt. ſ. iu-
deoꝝ. In vndecima aūt eſt vocatus ali⁹
ſcilicet gentilis (Circa vndecimam vero
exijt) Eſt autē ſciendum ꝙ hora ſicut di-

cit Iſido.ꝛ.s.Tho.ſup Joan. eſt aſcēſus
dimidij ſigni.i. ſpatiū q̄ ſup orizōtē aſcē
dit arcꝰ dimidiu ſigni zodiaci. Et qꝛ duo
deciz ſigna in die nāli oriunt̃.xxiiij.ſunt
G hore eiꝰ; ſed inequales ſunt: qꝛ inequa-
liter aſcendūt ſigna. Qꝛ ꝟo in qualibet
nocte ꝛ in q̄libet die artificiali ſiue lon-
ga ſiue breui: aſcēdunt ſex ſigna q̄ nō eq̄
recte vel obliq̄ꝫ aſcendunt. Hinc eſt ꝙ
duodecim ſunt hore diei artificialis: ſꝫ
ille ſunt iequales. Undecima ergo hora
eſt quā nos.xxiij.dicimus cui ſuccedit vl
tima.i.duodecima. Sumūt̃ igit̃ iſte ho-
re inequales ſꝫ aſcenſum zodiaci ſupra
orizontē: qꝛ nō ſemꝑ vniformiter aſcen
dit. Equales ſumunt̃ ſm aſcēſuꝫ eq̄no-
ctialis. Sꝫ quare in meridie dicamꝰ ho-
rā eſſe nonā: cū tñ hac rōne ſit tunc ho-
ra ſexta credo eſſe cām: qꝛ totā diē parti
mur in quatuor ꝑtes equales: quaꝝ due
ſunt añ meridiē ꝛ due poſt. ꝛ quaꝝ q̄libꝫ
ꝯtinet horas tres. Ex hoc eñ fit vt nume
remus horas ꝑ triplicitates.i.accipiēdo
extrema illaꝝ quatuor partiū: ꝛ dicēdo
p̄ma: tertia: ſexta nona duodecima. Sic
H igit̃ factū eſt vt p̄mū ſpatiū poſt meridiē
ꝯtinens tres horas dicat̃ hora nona. Et
ſm hoc hora nona incipit in meridie. et
terminat̃ in pūcto medio inter meridieꝫ
ꝛ occaſum.i.hora horologij.xxi. Undeci
ma ergo hora ſm Greg. eſt ab aduentu
dñi vſq ad finē mūdi. Huic eñ hore ſuc
cedit in vltima.i.futura vita q̄ eſt vltimū
durationis mūdi. Nō opꝫ tñ in ꝑabolis vſ
q ad vngueꝫ oīa q̄drare. In hac vocati
ſunt gētiles. Et lꝫ hora ſexta ꝛ nona ali
q̄ gētiles fuerint vocati; tñ fuerūt pauci.
(Et inuenit alios ſtantes).i. gētiles (ꝛ il
lis dixit. Quid hic ſtatis tota die otioſi?)
Grego. Qui eñ trāſacto tā longo mūdi
tp̄e ꝓ vita ſua laborare neglexerāt. q̄ſi
tota die otioſi ſtabāt. Hec ille. Iſti nō ſo
lū erāt otioſi ſꝫ occiſi. ꝛ nō ſolū erāt extra
vineā ꝯſiderati ſm ſe; ſꝫ ēt de fctō ꝛ abſo
lute extra vineā erāt ꝑ infidelitatē. (Dicūt
I ei. qꝛ nemo nos ꝯduxit) Greg. Nullꝰ q̄p
pe ad eos patriarcha nullꝰ ꝓpheta ad
eos venerat. Et q̄d eſt dicere: nemo nos
ꝯduxit niſi vite nobis viā nemo p̄dica-
uit. Hec ille. Dicit illis (Ite ꝛ vos in vi-
neā meā) ſicut ſupra dictū eſt: ꝙ oīs hō

de ſe eſt otioſus: ita de ſe nihil meret̃ de
p̄mio eterne vite. Opera eñ noſtra non
ſunt meritoria ex ꝯdigno illiꝰ p̄mij: niſi
vt ſunt a ſpūſctō mouēte nos ſiue a gra
tia. vt ptꝫ.iij. di.xviij.ꝛ.ij.di.xxvi.ꝛ pri-
K ma ſcðe.q.cxiij. Jō pōt dici deū ꝓmiſiſ-
ſe redditurū ſe eternā mercedē opibus
noſtris. ſcꝫ vt ſunt a gr̄a: ꝛ nō ꝓmiſiſſe
ſ. vt in ſe ꝯſiderant̃. Uocatis ergo ad vn
decimā horā nulluꝫ premiū ꝓmittit̃: qꝛ
tpi q̄ dicunt̃ vocari nō ꝯgruebat. Uix eñ
videbat̃ ꝙ cenā mererent̃. Uel hoc fit ea
rōne qua dictū eſt ꝙ vocatis hora tertia
nihil certū ꝓmittit̃ ſm Orige. ¶ Mora-
liter ꝑ iſtā vineā intelligit̃ ſm Bern. aīa
ſiue cōſciētia in q̄ laborare debemꝰ: am
putādo palmites luxuriantes carnalis
cōcupiſcētie: eijciēdo lapides ſupbie et
extirpādo ſpinas auaritie. in hac vinea
ſic purgata naſcūtur gēme bonaꝝ cogi-
tationū ꝛ flores bonaꝝ volūtatū: ꝛ fructꝰ
ſiue vue bonoꝝ operū: ꝛ vinū ſpiritua-
liū ꝯſolationū. Dicit tñ Ambr. ad Sipli
ci. Uinea reciſa fructificat: ſemiputata
frōdeſcit: neglecta luxuriat. Hec ille. Ad
L hanc vineā dupl̄r intramꝰ. ſ. ad vinde-
miādū: qð fit in morte. ꝛ ad laborādū: qð
fit dū penitemꝰ de male ꝯmiſſis. Per pe-
nitētiā ergo ad hāc vineā diuerſis horis
cōducunt̃ operarij. Hora eñ prima ſignifi
cat pueritiā in qua aliq̄ vocātur ad vi-
neā. tertia ꝟo iuuētutē: in qua calor na
turalis icipit in ſe ſtare. ſexta virilitatē:
in qua homo eſt in ꝑfecto ſtatu ac ſi ſol
eēt i medio celi. Nona ſenectutē in qua
iā declinat calor naturalis. Undecima ē
in q̄ hō eſt ꝓpe mortis occaſuꝫ. Uocant̃
aūt hoīes diuerſis etatibꝰ ſꝫ ſctm̄ Tho.
inq̄ꝫtū dat̃ eis occaſio veniēdi ad deū iō
q̄dā dicūt: qꝛ nemo nos ꝯduxit nec tñ ex
cuſant̃: qꝛ deꝰ eos ꝯduxiſſet ſi ꝑ eos non
ſtetiſſet. Ad hūc ingreſſum hortat̃ hodie
eccleſia ꝟbis i epiſtola q̄dē hortando ad
certamē ꝯ diabolū. ꝛ in euāgelio ad la-
borē bonoꝝ opeꝝ. ꝛ etiā exēplis. Addu-
cit eñ in exēplū tres magnos pctōres q̄
M totā miſſā ꝯpoſuerūt: Dauid. ſ. q̄ pecca
uit ꝑ luxuriā: ꝛ Paulū q̄ ꝑ ſupbiā. ꝛ Mat
theū q̄ ꝑ auaritiā. Lꝫ eñ nō fuerit vſu-
rariꝰ: tñ fuit telonariꝰ. i. exactor tributo-
rū. Hmōi aūt aliena rapere ꝯſueuerunt



ſub vmbra dominoꝝ. Hortat̃ etiā ꝓmiſ
ſis: qꝛ laborātibus aliq̄bꝰ promittit̃ de-
narius diurnꝰ.i. q̄ pro tota die debet̃: vt
his q̄ in pueritia vocant̃. Aliq̄bꝰ qð iu-
ſtuꝫ eſt: vt vocatis hora tertia: ſexta ꝛ no
A na. Aliquibꝰ nihil vt vocatis in ſenectu
te: eo ꝙ tales ex debito nihil ꝑetere poſ
ſunt. vel ad inuēdū ꝙ ꝑiculoſuꝫ eſt vſq
in tp̄s illud differre penitētiā. Debemꝰ
ergo eccl̄iam hortātē ſeq̄ deponēdo leti
tiā vanā: ſicut ip̄a deponit cātica letitie
eo ꝙ repñtet tp̄s preuaricationis ade et
penitētie nr̄e. ¶ Quātū ad ſm poſt voca
tionē ad laborē venit̃ ꝛ ad remuneratio
nis tp̄s. Uñ dꝛ (Cū ſero aūt factuꝫ eſſet.)
Hic ſunt due expoſitiones ſolēnes. prīa
ē cōīs fere oīꝫ ſctoꝝ: vt Chry. Aug. Beð.
Remig. ꝛ ſilr̄ ꝙ per ſero intelligat̃ finis
mūdi. ꝛ ſm iſtā ſic fit expoſitio (Cū ſero
factū eſſet. i. cū veniſſet dies iudicij: q̄ ſm
Chry. erit ſero ꝛ nō mane: qꝛ erit in fine
huius ſeculi ſtāte iſto ſeculo añq̄ꝫ inci-
piat futuꝝ. Et intellige ſtāte iſto ſeculo
i. iſto ſtatu huiꝰ ſeculi q̄ eſt ſtatus vite et
laboꝝ. Ipſum aūt ſeculū ſeu vniuerſum
B ſemꝑ ſtat. Et hoc ꝓpt̃ duo vt dicit. Prio
qꝛ btitudo future vite eſt merces retri-
buēda: ꝛ iō ante beatitudinē ſit iudiciū.
Scðo ante beatitudinē p̄mittit̃ iudiciū
ne videāt pctōres diei illiꝰ btitudinē. Sꝫ
nunq̄d in die iudicij ſcti nō erūt bti q̄ nūc
ſunt bti ēt mō? Dico ꝙ ſic: qꝛ btitudo nō
amittit̃. ſꝫ tñ iudiciū p̄cedet btitudinem
accidētalē q̄ hr̄ ex loco qꝛ beati nō aſcē-
dēt in celū i corꝑe ꝛ aīa niſi ꝑacto iudi-
cio. ꝛ p̄cedet ēt btitudinē forte q̄ꝫtum ad
multa alia: maxime in his quos dies iu
dicij inuenerit adhuc nō felicitatos. ſed
apoſtolꝰ vr̄ velle. i. ad Co.xv. ꝙ ſanctoꝝ
corꝑa reſurgēt gl̄ioſa cū dotibꝰ quatuor
(Dixit dñs ꝓcuratori ſuo). i. filiꝰ ſpūſctō
ſm Chry. Uel vt dicit glo. pr̄ filio. Et rō
hoꝝ eſt qꝛ filiꝰ oꝑaret̃ ꝑ ſpiritūſctm̄: ꝛ pa
ter ꝑ filiū. Uel ſꝫ Orig. iſte ꝓcurator eſt
aliq̄s āgelꝰ ꝯſtitutꝰ ſuꝑ mercedes retri-
buēdas. Uel ſm Remig. ip̄e xp̄s eſt dñs
C ꝛ ꝓcurator: qð ſic itelligēdo qꝛ q̄ꝫtū deꝰ
eſt dñs ꝛ pr̄familias ī q̄ꝫtū hō aūt eſt ꝓ-
curator miſſus ad ꝓcurādā ſalutē hūa-
nā. ꝛ in die iudicij vocabit oꝑarios vt tri
buat illis mercedē (Uocat operarios). i.

reſurgere iube mortuos (et redde illis
mercedē) tāq̄ꝫ iudex viuoꝝ ꝛ mortuorū.
qꝛ talē teꝯſtitui icipiēs a nouiſſimis vſq
ad p̄mos) Hoc aūt dꝛ ſm Chry. ad oſten
dendū qð dā ſpeciale gaudiū qð fit in ce
lo ſuꝑ penitētia pctōris. Libētius eñ ꝛ D
alacrius facimꝰ ꝙ ex miſericordia ꝛ libe
ralitate q̄ꝫ qð ex iuſtitia facimꝰ. Deus
aūt ſctis patribꝰ reddēs mercedē oſtēdi
dit iuſtus: gētibꝰ autē reddēs q̄ nouiſſi-
me venerūt oſtēdit miſericors: dicente
apl̄o: gētes autē ſuꝑ mīa honorare deū.
Uel vt idē dicit. hoc dꝛ ad oſtēdēdā ma-
ximā miſicordiā dei. Nimia eñ miſeri-
cordia ordinē nō aſpexit. vt dicit. Uel ſꝫ
Aug. de ſpū ꝛ lr̄a: iō priores recipiunt̃ mi
nores: qꝛ minus dilati ſunt. Hec ille. Et
intēdit ꝙ cū vſq ad xp̄i paſſionē clau-
ſum fuerit celū: nō potuerūt ſcti patres
ꝑcipe opis ſuis mercedē ſtatiꝫ poſt mor
tē ſicut gētes q̄ xp̄o mortuo crediderūt.
Nouiſſimi ergo ad fideꝫ vocati priores
remunerant̃: qꝛ breuiori tp̄e poſt ſuum
opus ſunt p̄miati. Uel ſm ſctm̄ Tho. ſu
per Mat. iſta p̄oritas nō iportat tp̄s ſed
dignitatē vt dicant̃ gētes p̄us remune- E
rate. i. copioſius: eo ꝙ abūdātior fuerit
gratia in noua lege q̄ꝫ in veteri: ꝛ ꝯſequē
ter ēt merita potiora. ¶ Eſt aūt alia ex-
poſitio huiꝰ partis q̄ per ſero accipit tp̄s
gr̄e: ſm quā ſic exponēdū eſt. (Cuꝫ ſero
factū eſſet). i. cū tp̄s gr̄e ꝛ diuulgationis
noue legis aduiniſſet (dicit dñs vinee). i.
deus pr̄ (ꝓcuratori ſuo). i. hoī xp̄o. (Uo-
ca oꝑarios ꝛ redde illis mercedē). i. gra
tiā q̄ eſt ꝑs p̄mij. Eſt eñ gl̄ia inchoata ſi
cut ecōuerſo gl̄ia eſt gr̄a ꝯſummata. (In-
cipiēs a nouiſſimis) Priores eñ vocati
fuerūt iudei q̄bꝰ priꝰ data eſt lex ꝛ priꝰ
p̄dicatū eſt euāgeliū: gentes vero nouiſ
ſimi. Sꝫ ecōtrario fuit i p̄mio qꝛ priꝰ da
ta eſt gr̄a noue legis. i. copioſa: ꝑpl̄o gē
tili q̄ credidit q̄ꝫ iudaico q̄ ꝓ ꝑte maiori
in ifidelitate ꝑmāſit: cui tñ dabit̃ in no-
uiſſimis tp̄ibus vel magna vel exigua.
¶ Moral̄r laborātes i vinea ꝯſciētie ali
F qñ vocant̃ ad p̄miuꝫ. i. ſero tp̄e mortis q̄
vocant̃ a xp̄o ꝓcuratore ad cenā ad re-
quiē ꝛ ad mercedē. Et ꝑ iſta tria ſignifi-
cat̃ vna perfecta merces in patria q̄ erit
oīa hec. Dicunt̃ aūt prius remunerari q̄

kardius venerūt ſm Chry. ⁊ ſctm̄ Tho. ad ſignificandū ꝙ gaudiū eſt ſpeciale ſup pctōꝛe penitētiam agēte. Et nota ꝙ intelligunt iſta de operarijs ⁊ nō de otioſis in vinea. Vn̄ dicit Chryſo. ꝙ ſumus
G coducti mercenarij: idō nō debem⁹ operari ſolū q̄ habem⁹ mādicare. i. nō debem⁹ q̄rere ſolū ptinētia ad noſtrū cōmoduȝ: ſed ptinētia ad glīam dei ꝯductoꝛis. Et prius debem⁹ ad opus. i. glīaȝ dei ꝙ̄ ad cibū reſpicere. i. ꝓpriū cōmodū. Et totaȝ diē. i. vitā debemus occupare circa op⁹: et modicū q̄d circa cibū. i. cōmodū nr̄m. Et ſicut mercenari⁹ q̄ die nō fecerit op⁹ ſuū erubeſcit intrare domū ⁊ ſtare corā dn̄o ſuo: ita ⁊ nos debem⁹ facere: erubeſcēdo intrare eccleſiā ⁊ ſtare ante deuȝ. Hec Chry. ſentētialiter. ¶ Quātū ad terciū tāgit murmuratio. ⁊ hȝ iſta pars duplicē expoſitionē vt p̄cedēs. Proſequendo ergo primā dicam⁹. (Cū veniſſent autē q̄ circa vndecimā horā venerāt). i. gētiles (acceperūt ſingulos denarios). i. acceperunt mercedē pro qua ꝯuenerat dominus cū operarijs prima hora cōductis. Dicitur aūt ꝙ acceperunt ſingulos
H denarios: cū tamē vnus ſit deus qui eſt merces nr̄a: ꝓpter duo. ¶ Primo quia lȝ deus ſit vn⁹ denarius: tn̄ ita ſingulis ſufficiet ac ſi eſſet eoꝝ ꝓprius: imo plus gaudēt ſcti quāto fuerint plures poſſeſſores hui⁹ denarij qꝛ q̄libet eoꝝ gaudebit de bono ſuo ⁊ ſocioꝛum. Imo dicit. ſ. Tho. in. xlix. di. quarta: ꝙ ſupioꝛ beatus plus gaudebit de bono inferioꝛis: ꝙ̄ ipſe inferioꝛ: qꝛ cū rō gaudēdi in eis ſit de⁹: quāto q̄s plus gaudebit de deo pl⁹ etiā gaudebit de alijs. Scđo qꝛ lȝ ſit vna beatitudo obiectiue. i. vnū obiectū beatitudinis qđ eſt deus: nō eſt tn̄ vna ſubiectiue: qꝛ diuerſe ſunt ſingulorū viſiones et fruitiones. Viſio aūt eſt formaliter ⁊ eſſentialiter felicitas: qꝛ ſȝ Aug. viſio dei eſt tota merces. (Venientes autē ⁊ primi:
I arbitrati ſunt ꝙ plus eſſent accepturi.) Sed hic eſt qđ. Null⁹ eñ pōt ſcire quātā glīam habeat alius niſi ⁊ ipſe ſit beatus: qđ pȝ. qꝛ nullus pōt videre ꝙ̄tū aliq̄s videat aliq̄d: niſi ⁊ ipſe videat illud. Qui aūt eſt btūs nō pōt credere ꝙ plus ſit acceptur⁹ ꝙ̄ accepit. qꝛ iā in btīs eſſet

erroꝛ: nec eoꝝ deſyderiū nāle eſſet q̄etatū. qđ eſt ꝯ btitudinis rōnē. (Quō ergo potuit hebꝛaicus pp̄ls videre gētiū mercedē: ⁊ credere ſe plus eſſe gloꝛificādū. Cōfirmat rō: qꝛ nō eſt ſic imaginādū q̄ſi
K apta ſit ianua celi i paſſione xp̄i: ⁊ prioꝛ intrauerit gētilis pp̄ls: ⁊ deīde poſt tp̄s intrauerit hebꝛaicus. puta ſcti p̄res qui erāt in lymbo. oēs eñ illi patres intrauerūt anteꝙ̄ gētes ꝯuerterent ⁊ moꝛerētur: ſȝ eſt imaginandū eo mō q̄ expoſuimus. Ad hoc dr̄ ꝙ hic opȝ vti ſcđa regula quā ſupꝛa tetigim⁹: q̄ dr̄ ꝙ diuina ſcriptura in eodē ꝯtextu exprimit aliq̄d ptinēs ad bonos ⁊ aliq̄d ptinēs ad malos. Cōſyderato ḡ toto pp̄lo hebꝛaico q̄dam eoꝝ recipiebāt denariū: puta p̄riarche ⁊ ꝓphete. q̄dā v̄o credebāt ſe pl⁹ accepturos: puta iudei ꝯuerſi tp̄e apoſtoloꝝ. Et ſi dicat: quō iſti cognoſcebāt glīaȝ gētiū q̄ moꝛiebant: cū ipi nō eſſent glīoſi? Dico ꝙ eā nō poterāt videre in ſe ſȝ in ſuo p̄ncipio. i. in grā ſp̄uſſancti: q̄ eq̄ dabat gētibus ſicut ⁊ iudeis ceteris parib⁹. Idō ipſi credebāt ꝙ multo maioꝛ grā deberet ſibi dari ⁊ ꝯñr glīa. ⁊ credebāt ſe futuros eſſe p̄mos in pp̄lo xp̄iano: ⁊ gētes L
eſſe i ꝓſelitoꝝ loco. Vl̄ pōt dici ꝙ nō opȝ in parabolis oīa ſcrutari: ſȝ q̄ ptinēt ad principalē intētionē loquētis. Dicamus ergo. (Venientes ergo aūt ⁊ p̄mi). ſ. ad ingrediēdū regnū celeſte (arbitrati ſunt q̄dā. ſ. eoꝝ q̄ adhuc viuebāt i carne) ꝙ pl⁹ eſſent accepturi) ꝙ̄ gētiles vl̄ nō ſunt q̄dē hoc arbitrati: ſȝ tn̄ tanta eſt dei largitas ꝙ ſi ꝑ ipoſſibile ſic fuiſſent arbitrati: nihilomin⁹ equalē eis mercedē alij accepiſſent. Vn̄ ſubdit. (Acceperūt aūt ⁊ ipſi ſingulos denarios) i. eq̄lē retributioneȝ ſm Greg. ⁊ intellige niſi affuerit ꝑſonalis dr̄ia meritoꝝ. Ex eo eñ ꝙ iude⁹ vl̄ ꝙ grecus eſt q̄s nō eſt diſtictio (Et accipientes murmurabāt aduerſus p̄remfamilias dicētes.) Hic eſt qđ quā Grego. monet dicēs. Sȝ pōt q̄ri. quō murmurare dicti ſunt q̄ ad regnū vocant. Celoꝝ eñ M
regnū null⁹ q̄ murmurat accipit ⁊ null⁹ q̄ accipit murmurare pōt. Hec ille. Ad hoc dr̄ rn̄dēdo ꝙ murmur accipit multipliciter. Primo ꝓ q̄rela iniuſta cū ipatiētia. Scđo ꝓ ꝯfuſione vocū ⁊ ꝯſequēter ꝓ



admiratione: q̄ eſt cā talis ꝯfuſionis aliq̄n ⁊ tertio ꝓ intēſo deſyderio: qđ ſimil̄r aliq̄n eſt cā eiuſdē: ⁊ q̄rto ꝓ ſuſpēſiōe coꝛdis expectātis eadē rōne. Primo mō ſm oēs nō p̄t eſſe in accipiēte regnū celoꝝ: nō qꝛ murmur ſit ſemꝑ moꝛtale: ſȝ qꝛ ē venial̄r talis peccare nō pōt. Quidā ḡ di-
A cūt ꝙ ſcti patres murmurabāt. i. admirabant diuinā clemētiā: in gloꝛificatione ſua ⁊ gētiū. ⁊ ſic exponit btūs Vincēti⁹. Quidā vero ꝙ murmurabāt. i. valde deſiderabāt regnū qđ multo tp̄e expectauerūt in lymbo ⁊ ſic exponit magr̄ Jacobus de vo. Quidā v̄o vt Be. ⁊ Gre. dicūt ꝙ murmurabāt. i. ſuſpēſi multo tp̄e expectabāt. Sȝ oēs iſte expoſitiones ſunt inſufficiētes ꝙ̄uis v̄a aliquo mō dicant. Nā vn⁹ ex talib⁹ murmuratoꝛib⁹ a patrefamilias eſt notat⁹ de inuidia vt videbit. ⁊ ēt dicebat ſe pati iniuriā vt inuitur in textu: qđ nō eēt verū ſm predicta. Poſſet tn̄ ad hoc dici ꝙ in parabolis nō opȝ oīa ſcrutari. ⁊ ſic ſtabunt dicte opi-
B niones ſeu expoſitiōes. Scđo mō ſoluit Chry. dicēs ꝙ in parabolis nō opȝ oīa q̄ dicunt velle iueſtigare: ſȝ facere vi in eo ꝓpter qđ dr̄ aliq̄d. Intēdit ergo ſaluatoꝛ dicere ꝙ tāta erit remuneratio ꝙ ſi poſſibile eſſet aliq̄s murmuraret. Pro intellectu aūt hui⁹ expoſitionis vide q̄ notant dn̄ica. x. poſt trinita. in expoſitione allegoꝛica. Tertio mō ſoluit Magr̄ hiſt. ⁊ alij dicētes ꝙ eſt hic locutio ꝑ ſynereſim. i. ſpōtaneā ꝯfeſſionē: ſeu qđ eſt idem ex p̄ſuppoſitiōe: vt ſi dicat p̄ſuppoſito ꝙ aliq̄ ſic voluiſſent murmurare ſic rn̄derentur. (Amice nō facio tibi iniuriā) ⁊c. Pōt aūt foꝛte dici iuxta p̄dictam ſcđam regulā. ꝙ alij accipiebāt denariū felicitatis ⁊ alij murmurabāt. ſ. illi met qui credebāt ſe plus accepturos. Ad lr̄am eñ in p̄mitiua eccl̄ia iudei conuerſi murmurauerūt de hoc ꝙ ꝯſimilē ſp̄uſſancti grām viderūt dari gētib⁹: ſicut ⁊ ſibi. Nā Act. xj. dr̄ ꝙ cū Pet. rediſſet in hierl̄m baptizato Coꝛnelio gētili ⁊ amicis ei⁹ diſcepta-
C bāt aduerſus illū q̄ erāt ex circūciſiōe. i. iudei dicētes. Quare cōicaſti cū illis qui hn̄t p̄putiū. i. cū gētilib⁹? Et lȝ iſtud murmur videret ꝯ petrū: tn̄ erat ꝯtra dn̄ȝ q̄ miſerat petrū. Lȝ aūt iſta expoſitio foꝛte

alicui videatur noua: tn̄ mihi appareret ꝙ p̄us eam tetigit Magr̄ hiſt. dicēs. Vel pōt trahi murmur ad ſtatū p̄ſentē. Interrogatio aūt, cur pares feciſſet ad futurū. Hec ille. Et ſimil̄r Hiero. dicēs. Ois retrouocatio gētilib⁹ inuidet: ⁊ in euā- D
gelij toꝛquetur grā. Hec ille. vbi nota ꝙ retrouocatio dr̄ iudei retroactis tp̄ib⁹ ad cultū ⁊ vineā dei aūt gentiles vocati. Dicam⁹ ergo. (⁊ accipiētes) aliq̄ hebꝛeorū mercedē (murmurabāt) nō illimet ſȝ alij de eodē populo adhuc in carne viuētes (aduerſus patrēfamilias). i. deuȝ (dicētes) in coꝛde ſuo ꝑ indignationē et inuidiā. (Hi nouiſſimi). i. gētiles q̄ fuerūt nouiſſimi vocatione ſed gratia ⁊ gloria primi (vna hoꝛa fecerūt). i. paꝝ laborauerūt (⁊ pares illos nobis feciſti: q̄ poꝛtauim⁹ pōdus diei ⁊ eſtus) multo. ſ. tp̄e laboꝛādo. Sȝ ꝯ qꝛ gētiles poꝛtauerunt pondus ꝙ̄diu vixerunt ſil̄r aūt ⁊ iudei. Quare ergo illi dicūt ſe plus laboꝛaſſe? Ad hoc dr̄ p̄mo ſȝ Chry. qꝛ antiq̄ hebꝛei ꝙ̄uis nō ꝑ omne ſeculū vixerint: tn̄ vidētur laboꝛaſſe a p̄ncipio ſue natiuitatis E
vſq̄ ad tp̄s in quo acceperūt mercedem ſemꝑ in lymbo expectātes. Et i hoc errauerūt: qꝛ ſpes q̄ differt affligit animum. Prouerb. xiij. Scđo dr̄ ſm eūdē: ꝙ pōd⁹ diei ⁊ eſtus dicunt onera legis moſaice: q̄ gētiles nō poꝛtauerūt. Et intellige mētē Chry. eſſe ꝙ hoc pōd⁹ iudei poꝛtauerūt lōgioꝛi tp̄e ꝙ̄ gētiles laboꝛaſſent nouiter ꝯuerſi: qꝛ iā ille pp̄ls ⁊ ſi nō ſinguli de pp̄lo ꝑ duo milia annoꝝ: vel circa: illam legē poꝛtauerat. Tertio dicitur ſm Greg. ꝙ aliqui illius populi vixerunt lōgiſſimo tp̄e. ⁊ hoc intellige accipiendo ꝙ vnus fuerit fideliū pp̄ls a principio mūdi vſq̄ ad conuerſionem gentiū: qui hebꝛaicus dr̄ ꝙ̄uis nō ſic ſemper fuerit dictus. (At ille rn̄dens) ꝑ reuelationē apoſtolis factā (vni eoꝝ dixit) ſm Remigiū. Per hunc vnum intelligunt oēs q̄ ex iudeis crediderūt: q̄s amicos ꝑ fidem vocat. Sicut enim aliq̄n Petrus loquebatur in perſona olm apoſtoloꝛum: ita qđ vni dr̄ itelligitur dictū multitudini. Et F
hoc factum eſt Act. xj. vbi Petr⁹ reddidit rōnem iudeis murmurantibus de hoc ꝙ baptizauerat Coꝛnelium dicens

qđ ex diuina reuelatiōe fecerat.⁊ ꝙ de‑
ſcendentē ſpm̄ ſctm̄ viderat ſuꝑ gētiles
ſicut ſuꝑ iudeos.(Amice nō facio tibi in
iuriā)ſi do tibi qđ tuū eſt:⁊ alijs idē volo
G dare ex liberalitate mea(Nōne ex dena
rio ꝯueniſti mecū? Tolle qđ tuū eſt ⁊ va
de) Remig.i.tolle mercedē tuā ⁊ vade i
gl'iam.(Uolo aūt ⁊ huic nouiſſimo).i.gē
tili pp'lo (dare ſicut tibi.Aut nō lʒ mihi
qđ volo facere)Quaſi dicat ſic.q: ſi ex mi
ſericordia ⁊ gr̄a trado qđ nō debeo non
pecco(An oculus tuꝰ).i.intētio ſm Re‑
mig.(nequam eſt).i.ꝑuerſus(q: ego bo‑
nus ſum).q.d.ſic:q: iudei vt idē Remi.
dicit:malā habebāt intētionē.i.malam
voluntatē:q: de ſalute gētium dolebāt.
Cōſequēter ponit id ꝓpter qđ dicta eſt
tota parabola cū dr̄.(Sic erunt nouiſſi‑
mi)vocatione.i.gētiles(primi)remune‑
ratiōe eo mō quo expoſitū eſt ſupra.ſ.di
gnitate.Uel hoc intelligit etiā q̄ſtum ad
p̄ſentem ſtatū eccl'ie in quo iudei nō re‑
cūbunt in primo loco:ſicut olim in ſyna
goga.Uñ Remi.Judei de capite mutan
tur in caudā ⁊ nos de cauda mutamur
in caput.Hec ille.Uel ſm Chryſo.hoc dr̄
H ad ſignificādū ꝙ iſti pp'li equales erūt:
⁊ neuter erit altero prior rōne tp̄is . Qđ
aūt ſequit(multi ſunt vocati pauci vero
electi)ſm Chry.nō ad ſuꝑiores ſctōs ꝑti
net ſed ad gētes:qm̄ ex ipſis gētibꝰ mul
tis vocatis pauci ſunt eligendi. Uel ſm
Nico.de Lyra intelligit de iudeis:quia
oēs fuerūt vocati ⁊ pauci crediderunt:⁊
pauciores eligunt ad regnū. Alia expo
ſitio huiꝰ partis tota ex dictis ptʒ.Aliq̄
tñ ꝯ iſtā ſecūdā arguūt ꝙ ſero nō poſſit
dici tp̄s gr̄e:q: illud eſt tp̄s laboris ⁊ nō
mercedis.Sʒ ad hoc dr̄ ꝙ tp̄s gr̄e nō eſt
tp̄s cōſummate mercedis:ſed inchoate.
⁊ idem eſt tp̄s laboris qui natura tantū
⁊ nō duratione precedit gr̄am ſi per la‑
borem ipſum vltimā preparationē ad
I gratiam intelligimus que eſt contritio.
¶Querit aūt vtrū chriſtiani eligēdi ad
gloriā ſint pauciores damnandis ad pe
nam.Uidet em̄ ꝙ ſic. Prio q: hoc videt
hic dicere ſaluator dicens:ꝙ pauci ſunt
electi.Sed q: poſſet aliqs dicere ꝙ loq̄‑
tur cōparatiue ad infideles q̄ multi dā
nant.Arguit ſcdo.q: dicit Greg.Ad fi‑
dem plures veniunt ⁊ ad celeſte regnū
pauci perducunt.Hec ille.Tertio argui
tur: q: qđ eſt ſupra naturalē facultateʒ
alicuius nature: nō cōuenit oibus neq̄
pluribus ſuppoſitis eiꝰ ſed paucioribꝰ
ſicut pauciores ſunt aues loquentes q̄
nō loquētes.Sʒ felicitas eſt ſupra natu
ralē facultatē chriſtianorū.ergo paucio‑
res ſunt ſaluandi. Sed contra q: Mat.
xiij.dr̄ ꝙ angeli ſeparabūt malos de me
dio iuſtorū: ⁊ loquit de fidelibꝰ q̄ ꝓprie
iudicabunt ꝑ diſcuſſionem. Si aūt iuſti
eſſent pauciores malis: dicēdum fuiſſet
vt videt:ſeparabūt iuſtos de medio ma
lorū.Reſpōdeo.Deo ſoli credo eſſe notā
huiꝰ q̄ōnis veritatē: ꝓbabiliter tñ dici
pōt ꝙ maior pars chriſtianorū haben‑
tiū fidē rectā ⁊ viuētiū in obediētia ſctē
romane eccleſie ſaluatur.Et hoc ſuadeo
rōne ⁊ autoritate.Rōne ſic.Nā ſm theo
logos maxime.s. Tho.iiij.diſt.xviij.ab‑
ſolutio ſacerdotis de attrito facit ꝯtritū
i.dolorē imꝑfectū ⁊ inſufficiētē de pecca
tis eundē nūero vel ſpecie facit eſſe per‑
fectū ⁊ ſufficientē ad ſalutem ita ſcʒ ꝙ ſi
ſint duo attriti equaliter dolētes: ⁊ vnꝰ
moriat ſine ſacramētis:ille dānabit.aliꝰ
vero ſi recipiat ſcr̄a ſaluabit. q: in ſuſce
ptiōe eoꝝ ſaltē pnie: ⁊ baptiſmi verā ac
cipiet cōtritionē: q̄uis forte nō ſentiat.
Uidet autē ſatis rōnabileꝙ ſaltē media
pars xp̄ianorū q̄ venerūt ad vſuʒ rōnis
tp̄e ſue mortis recipiāt ſacr̄a:⁊ cū attri‑
tione ideſt aliquali dolore de pctō lʒ in‑
ſufficiēti ad ſalutē: ⁊ ꝓpoſito cauēdi de
futuro. Et lʒ ſi viuerēt forte nō cauerēt:
tñ tūc de hoc nō cogitāt. Juſtificant er‑
go tūc iſti nec eſt rōnabile ꝙ poſt dereli
quant a dño niſi forte raro. Si ergo his
adiungamꝰ pueros decedētes añ vſum
rōnis ⁊ poſt baptiſmum de quibꝰ nō eſt
dubiū. ⁊ decedētes in regulari obſeruā‑
tia religionis de q̄bꝰ eſt valde ꝓbabile
ꝙ ſaluentur.⁊ rariſſimi iſti pereāt:maior
vtriq̄ pars ſaluabit. Authoritate ꝓo ſic.
Nā Mat.xxij. dicit ꝙ de vocatis ad nu‑
ptias.i.ad fidē ſm expoſitionē oim: vnꝰ
ſolꝰ vr̄ recluſus in carcerē ad innuēdā
paucitatē eoꝝ q̄ dānant.Et ſi arguat ꝙ
quinq̄ virgines fuerūt ſapiētes ⁊ quinq̄
fatue.Mat.xxv. Dico qđ ſi talis nūerus
ponitur



ad exprimendā quātitatē ſaluādorum
⁊ dānādorū per virgines exeūtes obuiā
ſpōſo ⁊ portātes lāpades intelligunt ſo
lū illi q̄ venerūt ad vſum rōnis vt poſſet
A habere lāpades ꝓpriarū operationū nō
aūt pueri q̄ nō ꝓprie exeūt obuiā ſed du
cūt ꝑ fidē alienā.Et hoc ergo nō habet
niſi ꝙ medietas vel circa adultoꝝ ſalua
tur.Ad p̄mū & ꝯ dico ꝙ totꝰ mūdꝰ eſt vo
catꝰ ad fidē ⁊ gl'iam:ſʒ pauci ſunt electi
ad gr̄am: et pauciſſimi ad gl'iam.Et ſic
intelligit xp̄s: q̄uis ēt poſſit dici ꝙ loq̄t
de iudeis vt viſum eſt. Ad ſcōm dico qđ
Gre.ibi dr̄ paucos xp̄ianos ſaluari cōpa
ratiue ad oēs xp̄ianos:nō aūt cōparati‑
ue ad dānādos.⁊ hoc eſt dicere ꝙ ſi mil‑
le ſint vocati q̄ venerūt ⁊ ſunt xp̄iani et
ſexcenti ſaluent: iſti ſunt pauci ad mille
ꝯparati:ſʒ nō ad quadrigētos.Ad tertiū
dico ꝙ ſub illa maiori male ſubſumitur
mutādo q̄d in quale ſiue naturā i gr̄am
alioq̄n eq̄ poſſet ſubſumi de beatis:⁊ cō
cludi ꝙ maior pars eorū dānat. Debet
igit ſic ſubſumi.Sʒ felicitas ē ſupra na‑
B turalē facultatē, nō quidē xp̄ianorū qđ
ſonat gr̄am:ſʒ hoim ⁊ ſequit tūc vera cō
cluſio. Uñ dico ꝙ ꝯcludit ꝙ minor pars
hoim ſaluat:q: felicitas de q̄ loq̄mur ex‑
cedit naturā humanā in ſe ꝯſideratā:nō
aūt ꝯcludit de xp̄ianis q̄ cōſequūt gr̄am
dei ꝓ maiori parte: q: lʒ impoſſibile ſit
hoi in puris naturalibꝰ cōſtituto mere‑
ri illā gl'iam non tñ eſt impoſſibile exiſtē
ti in gr̄a. Uñ acquirere illā gl'iam nō eſt
ſupra naturā exiſtētis in gr̄a inquātum
eſt in gr̄a nec eſt ſupra naturā xp̄iani in
quantū xp̄ianus:ſed inquantum homo.
¶Moraliter hic ſignificat qđ quātū eſt
ex parte dei nō eſt dr̄ia qua etate q̄s ac‑
cedat ad vineā cōſciētie laboraturꝰ:q: ſi
maiora fuerint nouiſſimoꝝ merita: no‑
uiſſimi in vocatione erūt primi in p̄mia
tione Chry. Cōpoſita eſt hec parabola
vt eos auditores faceret q̄ in vltima ſe‑
nectute cōuertunt:ne exiſtimarēt ſe mi‑
C nus aliq̄d habituros.Hec ille.Debet tñ
q̄ſq̄ diligēter aduertere ne ſuū laborem
ꝑdat: vel ne otioſum cōtēnat q: dr̄ Gre.
Duo pēſare debemꝰ .Primū eſt vt de ſe
q̄ſq̄ minime p̄ſumat:q: ⁊ ſi iā ad fidē vo
catus eſt vtrum ad regnū eligendus ſit
neſcit.Secundum vero eſt vt vnuſquiſ‑
q̄ proximum ſuum quem iacere in vi‑
tijs conſpicit deſpicere non audeat: q:
diuine miſericordie diuitias ignorat.
Hec ille.Amen. D

☞ Dñica in ſexageſima.

☞ Textus euan.Luce.viij.

Cum turba plurima cōue
niret ⁊ de ciuitatibꝰ pro‑
perarent ad Jeſum dixit
per ſimilitudinē. Exijt q̄
ſeminat ſeminare ſemē ſuū. Et duʒ
ſeminat aliud cecidit ſecus viā ⁊ cō
culcatū eſt: ⁊ volucres celi comede
runt illud. Et aliud cecidit ſupra
petrā: ⁊ natū aruit: q: nō habebat
humorē. Et aliud cecidit inter ſpi‑
nas : et ſimul exorte ſpine ſuffoca‑
uerunt illud.Et aliud cecidit in ter
ram bonam: ⁊ ortum fecit fructum
centuplum. Hec dicens clamabat.
Qui habet aures audiēdi audiat. E
Interrogabāt aūt eū diſcipuli eiꝰ
que eſſet hec parabola.Quibꝰ ipſe
dixit.Uobis datum eſt noſſe myſte‑
rium regni dei:ceteris autem in pa
rabolis: vt videntes non videāt et
audientes non intelligant. Eſt au‑
tem hec parabola. Semen eſt ver‑
bum dei. Qui autem ſecus viam:
hi ſunt qui audiunt. deinde venit
diabolus ⁊ tollit verbum de corde
eorum:ne credentes ſalui fiant Nā
qđ ſupra petrā: qui cum audierint:
cum gaudio ſuſcipiūt verbū. Et hi
radices non habent.quia ad tēpus
credūt. ⁊ in tēpore tētationis rece‑
dūt quod autem in ſpinis cecidit:
hi ſunt qui audierūt ⁊ a ſollicitudi‑
nibus ⁊ diuitijs ⁊ voluptatibꝰ vi‑
te euntes ſuffocantur: ⁊ non referūt
fructū:quod aūt in terraʒ bonā:hi F
ſunt q̄ in corde bono ⁊ optimo au‑
dientes verbum retinent: ⁊ fructuʒ
afferunt in patientia.

Cum turba plurima cõueni-
ret ⁊c. Lu. viij. In p̃ſẽti euã.
tãgunt tria pũcta: q̃ ſunt fi
guralis locutio. Diſciplina
G lis interrogatio: ⁊ Magiſtra
lis explanatio. Quãtũ ad p̃mũ ſciẽdũ ẽ
ꝙ hoc euãgeliũ eſt ꝑabolicũ: iõ ſenſus
lr̃alis ſumẽd' eſt penes ip̃ropriũ ſigni-
ficatũ. Quare aũt in ꝑabolis xp̃s loq̃ret
vide dñica. iiij. poſt oct. epi. Dicamus ḡ
K (Cũ turba plima ꝯueniret) ꝓpter cãs di
ctas dñica. ij. poſt oct. epi. (⁊ de ciuitati-
bus ꝓperarẽt ad ieſum) p̃dicãtẽ iter dũ
ĩ deſrto vel ĩ cãpeſtrib': ĩ q̃ oſtdit maxia
reuerẽtia ⁊ deuotio quã ppl'i habuerũt
ad xp̃m: q̃uis poſtea ſacerdotes ⁊ pha-
riſei: ⁊ ſcribe decepint ppl'm hieroſoly-
tanũ: vt eũ peterẽt crucifigi. Nũc tñ qñ
iſta dixit p̃dicabat ĩ mari galilee ĩ naui:
turba exiſtente in littore vt ptʒ ex textu
euãg. (Dixit ꝑ ſilr̃itudinẽ). i. parabolice
loq̃ndo. Nã ſm Hier. ꝑabola grece: lati
ne dr̃ ſilitudo. Ponit aũt ſilitudinẽ de q̃
dã ſeminãte: cũ dr̃ (Exijt qui ſeminat ſe
minare ſemẽ ſuũ.) Iſtũ ſeminatorẽ ma-
terialis ſeminis nõ ẽ neceſſe fuiſſe ĩ rex
H natura: q2 xp̃s nõ narrat hiſto. ſʒ fingit
ſilitudinẽ ad ſignificãdũ. Deinde dr̃ ꝙ
ſeminis ei' q̃tuor facte fuerũt ptes. Pri
mã tãgit dicẽs. (Et dũ ſeminat aliđ). ſ.
ſemẽ (cecidit ſec' viã: ⁊ ꝯculcatũ eſt ⁊ vo
lucres celi comederũt illud.) Scdaʒ p̃o
dicẽs (⁊ aliđ cecidit ſupra petrã: ⁊ natũ
aruit: q2 nõ habebat humorẽ. Tertiam
aũt dicẽs. (Et aliud cecidit ĩter ſpinas ⁊
ſil' exorte ſpine ſuffocauerũt illud.) Quar
tã q̃ʒ dicẽs. (Et aliud cecidit in terrã bo
nã: ⁊ ortũ fecit fructũ cẽtuplũ) i. cẽtũ ꝓ
vno. Sʒ q2 iſta dicta ſũt obſcure: iõ ſub-
dit. (Hec dicẽs clamabat) eleuata voce
vt magis excitaret auditores. Nec tñ ẽ
ꝯ illud Eſa. xlij. nõ clamabit nec audiet
vox ei' foris: q2 ibi ẽ ſermo de clamore
I ꝯtẽtionis nõ p̃dicatiõis. (Qui hʒ aures
audiendi audiat). Sicut aũt dicit Gre.
aures corpis oẽs q̃ illic aderãt habebãt
Vñ ſm eũ ⁊ Bed. ⁊ Hier. qñ ĩuenit talis
mod' loquẽdi: ſignũ eſt ꝙ in v̄bis dictis
aut ſtatim dicẽdis ſit intellect' myſtic'
i. lr̃alis q̃dẽ ſed parabolic'. Huic aũt pti
euãgelij nullũ ſenſũ habeo aſſignare: q2

in tertia parte ponem' expoſitionẽ xp̃i.
Vnũ tñ documẽtũ hʒ hic p̃dicator: vt nõ
velit oĩb' oĩa ꝓponere: ſʒ formare dʒ ſer
monẽ ſm ꝙ auditoribus cõgruit ſicut ⁊
xp̃s. Quin. li. j. Vaſcula oris auguſti ſu- K
perfuſam humoris copiã reſpuũt: ſen-
ſum aũt influentibus vel etiã ſtillanti-
bus cõplentur. ¶ Quantũ ad ſcðm ſciẽ-
dũ eſt lr̃aliter: ꝙ diſcipuli xp̃i tanq̃ idio
te: nõ intellexerũt ſenſum parabole lr̃a
lẽ quẽ xp̃s intẽdebat: q̃uis intellexerint
ꝓpria vocũ ſignificata: ⁊ iõ ſequit. (In-
terrogabãt aũt eũ diſcipuli ei' que eſſet
hec parabola). i. quid ſignificaret. Inter
rogabãt inquam vt ait Beda: nõ ſtatim
poſtq̃ dixerat parabolã: ſed cũ eſſet ſin-
gularis. i. ſine turba: ſiue eſſet in domo:
vt dicit Nico. de ly. ſiue ĩ naui ſm magi.
hiſt. ⁊ s. Tho. Sicut aũt dicit btũs Mat.
nõ ſolũ diſcipuli interrogauerũt de ſen
ſu parabole: ſʒ etiã q̃re parabolice loq̃re
tur: ſʒ btũs Luc. tacuit de ſcða interroga
tiõe. ⁊ tñ ſm Euſebiũ ponit cãm p̃ncipa
lẽ q̃re dñs loqueret in parabolis dicens
(Vobis). i. bñ volẽtibus ſm Grecũ ⁊ ſim-
plicit dignis (datũ eſt noſſe myſteriũ L
regni dei) Apoſtoli eñ erãt quaſi funda
tores eccl'ie poſt xp̃m. vñ Apoc. xxj. dicit
ꝙ murus ciuitatis habebat fundamẽta.
xij. ⁊ in ipſis. xij. noĩa apoſtolorũ ⁊ anni
ſcripta. Et iõ ad ipſos ptinebat ſcire ſe-
creta eccleſie: q̃ futura erãt in ꝓceſſu ei'
a p̃dicatione xp̃i vſq3 ad finẽ mũdi: q̃ ſe-
creta vocant hic myſteriũ regni dei. i. ec-
cleſie militãtis. Et licet in iſta parabola
nulla videant ſecreta cõtineri q̃ tũc eſſet
futura: tñ cõtinent in alijs que ſimul cũ
iſta dixerat. vt ptʒ videnti textũ euãgeli
ſtarũ. Vel ſm aliquos myſteria regni dei
ſunt ſecreta ſcripture: q̃ dicit regnũ dei:
⁊ in hui' ſignũ ſacerdos oſculat euãge-
liũ aptũ: Aduertẽdũ eſt aũt ꝙ in iſta p̃di
catiõe quã xp̃s fecit in naui q̃tuor dixit
parabolas. Et vt dicit beat' Mar. ſine M
parabola nõ loquebat. qđ non ſic eſt in-
telligendũ quaſi nihil diceret niſi para-
bolice: ſed q2 aliq̃ dicebat clare q̃ turba
ſcire debebat. aliq̃ aũt interponebat pa
rabolica q̃. ſ. ptinebãt ad ſecreta eccl'ie.
Sʒ tñ iſtas parabolas ſm s. Tho. ſuper
Matth. nõ dixit xp̃s anq̃ feciſſet miracu



la: ſʒ poſt. Nã a p̃ncipio ſue doctrine xp̃s
clare docebat ⁊ aperte locut' eſt: q2 dicit
Jo. xv. Si eis locut' nõ fuiſſem pctm̃ nõ
haberẽt. Similiter etiã fecit aperte mi-
A racula q2 dr̃ ibidẽ. Si opa nõ feciſſem in
eis q̃ nemo ali' fecit pctm̃ nõ haberẽt.
Sʒ multi fuerãt ꝑ inuidiã: excecati ⁊ ꝑ-
uertebãt miracula eius attribuẽtes ea
beelzebub ⁊ detrahebãt doctrine. Et ta
lib' xp̃s volebat abſcõdere myſteria re-
gni dei. ⁊ hoc ſm Theo. ne maius pctm̃
haberẽt ſi cõtẽnerẽt illa poſtq̃ agnouiſ-
ſent vel ſm alios ne ea cõtẽnerẽt vel for
te q2 ſm iuſtitiã dei: ꝓpter magnã ſuam
malitiã iã diuinã veritatẽ nõ erãt audi-
turi. O quot ſunt quib' de' multas ſub-
trahit bonas inſpiratiões: q2 alias de-
ſpexerũt. Sequit ergo (Ceteris aũt) inui
dis ⁊ indignis (in parabolis.) ſupple lo-
quor (vt videntes. i. videre ſe putantes:
ſm Theo. (nõ videãt) veritatẽ (⁊ audiẽ-
tes nõ ĩtelligũt) q̃ ego loquor. Vel aliter
vt videntes. ſ. oculo corporali miracula
mea: ⁊ me docentẽ ⁊ conuerſanteʒ inter
hoĩes (nõ videãt oculo ſpũali ipſa myſte
B ria regni dei ⁊ fidei veritatẽ. Hoc eñ me
rẽtur rõne inuidie exequẽtis (Et audiẽ-
tes) auribus corporis verba mea para-
bolica (nõ intelligant) q̃ ꝑ illa ſignificant
myſteria. Beda. Recte eñ in parabolis
audiũt qui clauſis ſenſibus cordis non
curant cognoſcere veritatẽ. Hec ille. Et
ſm hũc ſenſum ly vt: ſtat cauſaliter. Cũ
eñ in auditoribus xp̃i eſſent q̃dã q̃bus
nolebat doctrinã ſubtrahere. i. boni: ⁊ q̃
dã quib' nolebat eã tradere ne irride-
rent: vel q2 hoc diuina iuſtitia exigebat
loquebat ipſe parabolice: vt boni veni-
rẽt ad veritatẽ: principaliter adiuuante
deo: ⁊ ſecũdario ex ſuo deſyderio ⁊ cona
tu intelligẽdi parabolas: inuidia v̄o eũ
nõ attingerẽt: deo deſerẽte: ⁊ eis nõ curã
tib' in veſtigiũ q̃d parabola ſignificaret
Vñ qđ dr̃: vobis datũ eſt ⁊c. nõ ſolum de
apl'is ſʒ de oĩb' diſcipulis intelligitur ⁊
C de oĩb' bonis. Vel vt exponit Gorrã ly
vt ſtat cõſecutiue: nõ cauſaliter q2 indi-
gni verba parabolica deridẽt. quib' tñ
digni meli' docent: ſed iſte ſenſus non
eque bene cõgruit. ¶ Moraliter in hoc
habem' documẽtum ꝙ q̃ diuina bñficia

nõ cognoſcũt cũ grãrũ actione. ſpũaliter
excecant ⁊ priuant cognitione multorũ
ſpũalium. Caueãt ergo qui diuinas in-
ſpirationes nõ mandãt executioni. Pro
uerb. j. Vocaui ⁊ renuiſtis: extendi manũ N
meã ⁊ nõ fuit qui aſpiceret. Deſpexiſtis
oẽ cõſilium meũ: ⁊ increpationes meas
neglexiſtis. Ego q̃ʒ in interitu v̄ro ridebo
⁊ ſubſannabo cũ vobis id quod timeba-
tis aduenerit. Quãtũ ad tertiũ literalr̃
ſciẽdũ eſt ꝙ apoſtolis ⁊ diſcipulis cõpe-
tebat ſcire ſecreta eccleſie ⁊ ſcripture. iõ
ſaluator exponit eis parabolã. Eſt tamẽ
ſciendũ ꝙ illã ſaluator cõpẽdioſe expo-
ſuit: relinquens multa expoſitoribus: iõ
nos debemus dicere quod nobis dicẽdũ
reliquit. Nã ipſe eſt iſte ſeminator ad li-
terã. ⁊ tñ hoc ip̃e ĩ hoc euãgelio nõ dixit.
Dicamus ergo ꝙ iſte ſeminator eſt xp̃s
ſm Bedã ⁊ Chry. ⁊ Theo. ⁊ Euſe. ⁊ Ti
tum ⁊ oẽs. Iſte ſator vt dixi in principio
parabole (exijt) ſm Bedã de ſinu patris
ad mũdũ iſtũ per incarnationẽ: vt teſti-
moniũ ꝑhiberet veritati. i. vt doceret ve
ritatem predicãdo ⁊ verbũ dei ſeminã- O
do. Et ſm Chry. recte aduẽt' xp̃i in car-
nem ad nos dicit exitus. q2 nos non era
mus cũ deo: ſed diſtantes a deo. Et nota
ꝙ ante xp̃m nullus exierat ſeminator.
Euſe. Exierũt aũt nõnulli a patria cele
ſti. ⁊ ad hoĩes deſcenderũt: non tamẽ vt
ſererent: neq3 enim ſatores erant: ſʒ ad-
miniſtratores ſpirit' in miniſteriũ miſſi.
Moyſes etiã ⁊ ꝓphe poſt eũ nõ ſeruerũt
hoĩbus myſteria regni celorũ: ſʒ retrahẽ
do incipientes ab errore nequitie ⁊ ido-
lorũ cultu: quaſi colebãt aĩas hoĩm ⁊ ĩ
noualia redigebãt. Solus aũt olim ſator
verbum dei exiuit euãgelizaturus noua
ſemina. ſ. myſteria regni celorũ. Hec ille.
Predicator aũt eſt velut cophinus ſemi
natoris. Aug. Ego q̃d ſum niſi cophin'
ſeminatoris. Ille in me ponere dignat'
eſt q̃ vobis ſpargo. Nolite attendere ad
vtilitatẽ cophini: ſed ad claritatẽ ſemi-
nis ⁊ ptãtẽ ſeminatoris. Hec ille. (Semi P
nare ſemẽ ſuũ) ⁊ nõ alienũ. Titus. Exijt
autẽ vt ſeminaret ſemẽ ſuũ. Non enim
accepit verbum quaſi mutuatũ: cũ ipſe
naturaliter ſit verbũ diuinũ. Non eſt igi
tur ſuũ propriũ ſemẽ Pauli vel Joãnis:

ſed habēt cū acceperint:xp̄s aūt hꝫ.pro=
priū ſemē:ꝓferens doctrinā ex ſua na=
tura.Uñ ⁊ iudei dicebāt.Qualr hic lr̄as
nouit q̄s nō didicit:Hec ille.His viſis ac
cedamus ad expoſitionē xp̄i.Dicit ergo
G (Eſt aūt hec parabola).i.iſte eſt ſenſus
parabole quē ſtatim dicā(Semen)ſemi
natū a ſemināte.i.a me(eſt verbuꝫ dei).
Eſt aūt multiplex verbū dei.Primū qḋ
deus pater dixit immediate ꝑ ſeipſum
qḋ nihil eſt aliud q̄ꝫ ꝯceptio quā deꝰ pa
ter ab eterno de ſeipſo fecit ⁊ aliꝫ fien=
dis aut factibilibꝰ ab eo.Scḋm ē qḋ ipē
deꝰ dixit ꝑ creaturas puta angelos:vt
lex moſaica.⁊ ꝓphetas:vt libri ꝓpheta
rū.Uerba em̄ horū erāt verba dei ex cu
ius ꝑſona loquebant̄.Tertiū eſt verbū
qḋ xp̄s ꝑ ſeip̄m immediate p̄dicando di
xit.Quartū eſt illud qḋ xp̄s dicit ꝑ p̄di=
catores miniſtros ſuos.De h̄ dicit apl's
j.Theſ.ij.cū accepiſſetis a nobis verbū
auditus dei.accepiſtis illud nō vt ꝟbū
hoīm:ſed ſicut eſt vere verbū dei.Pri=
mū verbū fuit ſeminatū in vētre virgi=
nis:vñ ꝓceſſit ille bñdictꝰ fructꝰ Jeſus
qui vere eſt granū frumēti:qḋ cōtuſum
H ꝑ varios labores ⁊ crucis priſtinū:tres
dedit farinas.ſ.ſanguinē q̄ nos redemit:
aquā qua mūdū lauit:⁊ lachrymas q̄bꝰ
deū placauit.lachrymabat̄ em̄ in cruce
vt dicit apl's Heb.ca.v.Scḋm fuit ſemē
ſeminatū in gente iudaica.ſꝫ ꝓ maiori
parte fuit terra ſterilis ⁊ petroſa ⁊ ſpi=
noſa ⁊ cōculcata a diabolo.Quartū ſe=
minat̄ in fidelibꝰ ꝑplis.De tertio tñ ꝓ=
prie loquit̄ xp̄s.(Semē ergo eſt verbuꝫ
dei).i.p̄dicatio quā p̄dico.Per terrā au
tem ſm̄ Euſe.i.intelliguntur aīe.vel cor
da auditorū:ſeu ipſi auditores.Eſt aūt
ꝟbū dei ſimile ſemini iacto in terrā:ꝓ=
pter multa.Primo ꝑpter virtutē princi
piandi.qꝛ ſicut ſemen eſt principiū i na
turalibꝰ:ita verbū dei i moralibꝰ Ro.x.
Fides ex auditu:auditus aūt ꝑ verbuꝫ
xp̄i.Scḋo ꝑpter ſilitudinē ſpargēdi.Si
cut em̄ ſemē manu accipit̄ anteq̄ꝫ ſpar
gat̄.ſic verbū dꝫ primo manu.i.ope acci
I pi:⁊ poſtea ore ſpargi:ſm̄ illud Act.j.
Cepit ieſus facere ⁊ docere.⁊ Matth.v.
Qui aūt fecerit ⁊ docuerit magnꝰ voca
bit̄ in regno celorū.Tertio ꝑpter vtili=
tatē fructificandi.Eſa.v.Uerbū meū qḋ
egrediet̄ de ore meo reuertet̄ ad me va
cuū.Quarto ꝑpter neceſſitatē reficiēdi
qꝛ.ſ.eſt materia qua reficit̄ aīa:ſicut ſe=
men quo reficit̄ corpus.Deut.iiij.Non
in ſolo pane viuit homo:ſed in oī verbo K
qḋ ꝓcedit de ore dei.Quinto ꝑpter ſilī
tudinē ꝑiclitandi vt ptꝫ hic.Et ſi ꝯ hoc
arguat̄.qꝛ Mat.xiij.dꝛ ꝙ bonū ſemē ſūt
filij regni.Dicit̄ ꝙ quadruplex eſt ſe=
men.ſ.ſeminatū ꝓ nobis:vt xp̄s Gene.
xxij.Jn ſemine tuo bñdicent̄ oēs gētes:
⁊ ſeminatū in nobis:vt ꝟbū dei,de quo
hic:⁊ ſilr gr̄a ⁊ virtutes ⁊ ſeminatū a no
bis.i.oꝑa bona ⁊ documenta ſana.Pſ.
Euntes ibant ⁊ flebāt mittētes ſemina
ſua.⁊ ſeminatū de nobis.i.noſipſi quos
xp̄s ſeminauit in eccleſia ſua ⁊ hoc ha=
betur Mat.xiij.Jſtud ſemen ſm̄ Euſe.
diuiſum eſt principaliter in duas par=
tes.qꝛ qḋdā cecidit i terrā bonā.⁊ illud
vt idē dicit fuit in tres partes diuiſum:
vt videbit̄.quoddā ꝟo i malā:⁊ iſtud ſi
militer eſt diuiſum i tres partes.Et pri
ma pars tāgit̄ cū dicit̄.(Qui aūt ſecus
viā).Sciendū ꝙ ly.qui in duabus pri L
mis clauſulis hr̄ in quibuſdā textibus
quidā ꝟo nō habēt q̄ ſed qḋ in oībꝰ clau
ſulis.Et ſi q̄dā textꝰ habeat qḋ ly:qḋ re
fert ſemen vt dicat̄(Qḋ aūt ſecus viā)
ſupple cecidit.Si vero hꝫ q̄ ſic legatur
(Qui aūt ſecus viā).i.illi auditoris q̄ ſi
gnificant̄ ꝑ terrā ſecꝰ viā poſitā:ſiue illi
q̄ ſuſcipiūt ſemē:acſi illud ſuſciperet̄ in
terra ſecus viā(hi ſunt q̄ audiūt).ſ.ver=
bū dei(deinde venit diabolꝰ)Ubi aduer
tendū ꝙ ſaluator diabolum aſſimilauit
aui:⁊ volucres celi appellauit demones
⁊ hoc ꝑpter multa.Primo qꝛ habitant
celum.i.aerem q̄ eſt locus auiū.Nō em̄
oēs demones ſunt in inferno.⁊ ſi oēs pa
tiant̄ penā inferni.ſed q̄dā ſunt in aere
ex diuina ꝑmiſſione ad exercitiū hoīm
vt ptꝫ ꝑ.ſ.Tho.j.pte.q.lxix.ar.iiij.Scḋo
ꝑpter naturā celeſtē ſeu ſpūalem.ex q̄
debet̄ eis locus celi:eo mō q̄ ſpiritibus
cōpetere pōt locus.Locus em̄ ſubſtan M
tiarū immaterialiū ſm̄ oēs credit̄ celū
vt dīt Ariſt.li.de celo ⁊ mūdo.Aer aūt dꝛ
celū rōne diaphanitatis.Tertio ꝑpter
velocitatē motus.Lꝫ em̄ diabolus non



poſſit i inſtāti moueri vt ptꝫ.j.par.q.liij.
ar.iij.tñ pōt in tp̄e imꝑceptibili moueri
de celo ad terrā:qꝛ in vno inſtāti pōt eē
in celo ⁊ i alio in terra nō ꝑtranſito me=
A dio:vt pꝫ.j.ꝑ.q.liij.ar.ij.⁊.j.di.xxxvij.Et
rō eſt.qꝛ ip̄m moueri ē ip̄m applicari lo
cis diuerſis ſucceſſiue.Cū aūt ex ſe ſint
ſpūs poſſunt ex ſe eſſe nuſq̄ꝫ.Unde ⁊ gre
ci ponunt eos ante mundū corporeū et
ꝯſequēter añ oēm locū creatos:cū q̄bus
ſentit Hier.Et ſi ex ſe ſunt nuſq̄ꝫ:cum ſe
ab vno loco abſoluūt eque ꝓpinqui ſūt
oibus aliꝫs locis ⁊ poſſunt cui volūt ſe
applicare.Et huiꝰ ſimilitudo eſt in no=
ſtra cogitatione:q̄ſi ſe abſoluat ab oī ob
iecto nihil cogitando de ſe eque potēs
eſt vt deinde applicet̄ huic vel illi obie=
cto:⁊ abſoluēdo ſe ab vno pōt applica=
re ſe diſtāti nō ſe applicando ꝓpinquo.
Uenit inquā nō qꝛ illabat̄ i eſſentia aīe
ſed extra ſuggerit nihil violentando(et
tollit verbū de corde eorū.)Ubi aduer=
tendū eſt ꝙ iſtud ſemen dicit̄ cōculcatū
⁊ comeſtū ⁊ ſublatū a diabolo.Duo aūt
B vltima ſunt idē.qꝛ vnū dicit̄ ad exponē
dū aliud.Jſti em̄ auditores ſunt illi quo
rum mentes patent vanis cogitationi=
bus.Per iſtas em̄ mētes tranſeunt oēs
cogitatiōes voluptatū:⁊ ꝯſequēter trāſ
eunt demones illas mētibus inſerētes.
Unde ꝯculcant verbum dei ne fructifi=
cet.Et nō ſolū cōculcāt:ſed comedūt.i.
auferūt inquātū tales ex diabolica ſug
geſtione obliuiſcuntu verbi diuini nō
quaſi illud poſſint demones violenter
auferre.Uñ tollunt ꝓcurādo vt tollat̄.
(Nā qui ſupra petrā).i.illi auditores q̄
ſignificāt̄ ꝑ petrā ſiue petroſaꝫ terrā:vl'
illi q̄ ſic ſuſcipiunt ſemē ac ſi illud ſuſci=
peret̄ ſuꝑ petrā hi ſunt q̄ cū audierint:
cū gaudio ſuſcipiunt verbū ⁊ hi radices
non habent:qꝛ ad tēpus credūt ⁊ in tem
pore tētationis recedunt.Per terrā er=
go petroſam:ſaluator ipſe exponit incō
ſtantes in aduerſis.Beda.Humor ad ra
dicē ſeminis eſt amor:⁊ ꝑſeuerantia vir
C tutis.Hec ille.Greg.in homil'.Multi bo
ne oꝑationis initia ꝓponunt ſed mox vt
fatigari aduerſitatibꝰ vel tētationibus
ceperint inchoata derelinquunt.Petro
ſa ergo terra humorē nō habuit:q̄ hoc
qḋ germinauerat ad fructum perſeuerā
tie nō ꝑduxit.Hec ille.Sed cōtra Hiere.
xxij.Nūquid nō verba mea quaſi ignis
deſuper ⁊ quaſi malleus ꝯterēs petras.
Ergo videtur ꝙ verbū dei debeat pre= D
ualere etiā in petris.Ad hoc dico ꝙ cō
terit petras.i.dura q̄ñ ipſa deſyderant
conteri non aliter de cōi lege:qꝛ deꝰ mo
uet hoīeꝫ ad ſalutē cū libertate arbitrij.
Unde eadē rōne licet bonū ſit fortiꝰ ma
lo:tñ ſpine ſuffocant verbū:qꝛ iſta ſuffo
catio nō eſt ex impotentia ꝟbi.ſed ex ſpi
narū malitia.ꝙ aūt in ſpinis cecidit:hi
ſunt q̄ audierūt ⁊ a ſollicitudinibꝰ ⁊ di=
uitiꝫs ⁊ voluptatibꝰ vite euntes ſuffocā
tur ⁊ nō afferūt fructū)Et ſic ptꝫ ꝙ dñs
ſpinas appellauit ſollicitudines:ſcḋm
Chry.⁊ diuitias ſm̄ Greg.qḋ intelligen
dū eſt inquātuꝫ ſollicitudinē ingerunt.
Uñ ait mirū autē eſt quō dñs ſpinas di
uitias interp̄tatus eſt:cū ille pugnant
iſte delectent.Et tñ ſpine ſunt.qꝛ cogita
tionū ſuaꝝ pūctiōibꝰ mētē lacerāt:⁊ cū
vſq̄ꝫ ad pctm̄ ꝑtrahūt:quaſi inflicto vul E
nere cruentāt.Duo aūt ſunt q̄ diuitiꝫs
iungit:ſollicitudines ⁊ voluptates:q̄ ꝑ
curā mētē oppmūt.⁊ ꝑ affluentiā re=
ſoluūt.Suffocāt aūt ſemē:qꝛ iportunis
cogitationibꝰ gutt̄ mētis ſtrāgulāt:⁊ dū
bonū deſideriū itrare ad cor nō ſinūt:q̄ſi
aditū vitalis flatus vetāt.Hec ille.(Qḋ
aūt in terrā bonā hi ſunt q̄ i corde bono
⁊ optimo ꝟbū retinent)nec ſinūt rapere
diabolū vt hi q̄ ſecꝰ viā(⁊ fructū affert̄)
nec ſinūt ſuffocare ſemē vt hi q̄ in ſpinis
(in patiētia) nec ſunt incōſtātes vt q̄ ſu
pra petrā.Et ſic ptꝫ vt dicit Chry.ꝙ ter
ra bona ꝯrio mō ſe hꝫ ad viā ⁊ petrā et
ſpinas.Grego.Terra ḡ bona fructuꝫ ꝑ
patiētiā reddit.qꝛ nulla ſūt bona q̄ agi
mus ſi nō equanimiter etiā ꝓximorum
mala toleremus.Fructū ergo ꝑ patien
tiā reddūt:qꝛ cū hūiliter flagella ſuſci=
piunt:ad requiē ſublimiter ſuſcipiunt̄.
Hec ille.Eſt āt ſciēdū ꝙ ſicut dīt.b.Mat. F
ſemē qḋ cecidit ſupra terrā bonā attu=
lit fructū aliud cēteſimū:aliud ſexageſi
mū:aliud triceſimū.¶Ad huiꝰ notitiā
ſciēduꝫ eſt ꝙ iſta triplex fructuū differē
tia tripl'r ꝯſiderari pōt.Primo ſm̄ quoſ=
dā ꝑtū ad tres ſtatus fideliū q̄ ſunt:in=

ĩcipientes: ꝑficiẽtes: ⁊ ꝑfecti. Incipiẽtes
ꝓferũt trigeſimũ. qꝛ ſufficit ꝙ habeant
fidẽ trinitatis cũ ĩpletiõe decalogi. Pro
ficientes autẽ ſexageſimũ: q̄ vltra p̄di-
cta implẽt ſex mĩe opa. ſ. neceſſariora: q̄
G enumerant᷑. Mat. xxv. Uel ſub vno inclu
duntur duo. ſ. cibare ⁊ potare. perfecti
vero centeſimũ q̄ numerus eſt ꝑfectus:
qꝛ duplicẽ ſeruant ꝑfectionẽ. ſ. veteris
legꝭ p̄cepta ⁊ euãgelica ꝯſilia. Scdo quã
tũ ad tres ſtatus ſaluandorũ. ſ. cõiuga-
tos: viduas: ⁊ virgines ſm Aug. de ꝯſe.
euãg. vt. ſ. triceſimus ad ꝯiugatos perti
neat: ſexageſimus ad viduas: centeſimꝰ
vero ad virgines. Tertio põt ꝯſyderari
quantũ ad triplicẽ victorie modũ: vt di
cit Aug. ibidem. Quidã enĩ ſic pugnant
cũ amore mũdi vt nõ vincant᷑. Aliȷ̃ vero
ſic illum ſuperãt: vt ſi denuo inſurrexe
rint facile vincãt. Aliȷ̃ vero ſic vincunt
vt ſe oĩno nulla ex parte ꝯmoueãt. Pri
mi habent fructũ triceſimũ: ſcdi ſexage-
ſimũ: tertȷ̃ centeſimũ. Uide de his ſctm̄
Th. iiȷ̃. di. xlix. q. v. ar. ij. q. iiȷ̃. Eſt aũt hic
H vna q̄ſtio qꝛ videt᷑ eſſe ſtultitia ꝓȷ̃cere
ſemẽ īter ſpinas. Ad hoc ſic dicit Chry.
Increpandus eſſet agricola q̄ ſup ſenſi
biles ſpinas ⁊ petrã ⁊ viam ſeminaret.
Nõ enĩ poſſibile ẽ petrã terrã fieri: nec
viam nõ eſſe viã: nec ſpinas nõ eſſe ſpi-
nas. In rationalibꝰ vero ſecus eſt. Poſ
ſibile ẽ enĩ petrã ꝯuerti in terrã pinguẽ
⁊ viam non conculcari: ⁊ ſpinas diſſipa
tem.Un̄ nō ſum ei cōtrarius vt putatis.
Et in hoc oñdit xp̄s quantū erat ſecur⁹.
Nos nec in vita nec in morte nec poſt
mortē ſum⁹ ſecuri:ſʒ xp̄s fuit in oīb⁹ ſe=
cur⁹:qꝛ pr̄ fuit cū eo in vita:mirāda p eū
faciēdo:ꝛ in morte demōes p eū debellā E
do:ꝛ poſt mortē:ipʒ reſuſcitādo.(Et nō
relinq̄t me ſolū)ēt inquantū hō ſum:qꝛ
ſemp virt⁹ ꝛ gratia ei⁹ mihi aſſiſti:ꝛ hoc
(qꝛ que placita ſunt ei facio ſemp)ac per
hoc nunq̄ me ei⁹ gr̄a derelinq̄t xp̄s eīm
nihil vnq̄ faciendū omiſit nihil negli=
gēter egit Ps.Exultauit vt gygas ꝛ Ni
hil ēt aliq̄n ꝯ deū cōmiſit vel ly qꝛ ſm.s.
Tho.nō ponit p cā meritoria:ſʒ p ſigno
q.d.Hoc ipm ꝙ ſemp ſine intermiſſiōe fa
cio deo placita eſt ſignū ꝙ me nō derelin
q̄t.¶In hac parte eſt morale documētū
ꝙ deus amicos ſuos nunq̄ deſerit:niſi
deſerat ab eis.Un̄ ipſe deus de viro iu=
ſto loquit in Ps.Quoniā in me ſperauit
liberabo eū:protegā eū quoniā cogno=
uit nomē meum.Clamabit ad me ꝛ ego
exaudiā eū:cū ipſo ſum in tribulatione
eripiā eum ꝛ glorificabo eū.Eſt ꝛ aliud
Xp̄s eīm voluit crucē in ea exaltād⁹ ſcā= F
dere.Primo tanq̄ magiſtralē cathedrā in
qua docuit nos electionē magne pietatis
ad parētes:dū matrē ꝯmēdauit diſcipu
lo.ꝛ magne charitatis ad inimicos.dū ora
uit p ſuis occiſorib⁹.ꝛ magne cōpaſſio=
nis ad ipm patiētem:dū poſt diſceſſum
ppinquoꝝ ꝛ diſcipuloꝝ tādē dixit ſe ēē

a patre derelictū vt videbaꝛ: ⁊ nihil ei
reſtabat niſi ſola mater: cuius doloꝛ et
gemitus foꝛte erat ei grauioꝛ vulneri-
bus ꝓpꝛijs. Et electionē magne deuo-
tionis ad deū dicēs. Pater in man⁹ ⁊c.
G in quo ſignificabat hoīem in moꝛte omiſ
ſis oībus debere ſolū de ſua aīa curare.
Et ſcđo aſcendit crucē tanꝗ̄ ſpeculā. i.
turri cuſtodie: in qua clamat nobis via
toꝛib⁹ vt caueam⁹ ab hoſtib⁹. Et ibi cla
mauit clamoꝛe valido. ſ. oꝛis ⁊ lachꝛy-
marū: vt ptꝫ Heb. v. Et clamoꝛe ſangui
nis meli⁹ clamātis ꝗ̄ Abel Eiuſdē. xij.
qꝛ. ſ. clamat miam vt ille vindictam. Et
clamoꝛe etiā coꝛdis qđ aperto latere pa
tefecit Et tertio tanꝗ̄ ſpectaculū: vt nos
tanꝗ̄ aues euolantes ad ſe reuocet oſtē
ſa carne cruenta. Et quarto tanꝗ̄ papil
lū in q̄ antiq̄ moꝛe oīa ꝑdita bona inēta
ta eſſe mōſtrauit. ſ. gratiā dei ⁊ faculta-
tem reintrādi ad regnū celeſte. Oliꝫ em̄
cōſueuerant inuenta ſuſpendi in papil
lo vt ea viderēt qui ea perdidiſſent.

☞ Feria. iij. poſt. dn̄icā. ij. in Qua-
drageſima.

H ☞ Textus euang. Matth. cap. xxiij.

Locutus eſt Jeſus ad tur
bas ⁊ ad diſcipulos ſuos
dicens. Super cathedrā
moyſi ſederunt ſcribe et
phariſei: oīa ergo quecunqꝫ dixe-
rint vobis ſeruate et facite. Se-
cundum vero opera eoꝛum nolite
facere. Dicunt em̄ ⁊ nō faciunt. Al-
ligant autē onera grauia: ⁊ impoꝛ
tabilia ⁊ imponunt in humeros ho
minum: digito autē ſuo nolunt ea
mouere. Oīa em̄ opera ſua faciunt
vt videanꝛ ab hoībus. Dilatāt em̄
philateria ſua: ⁊ magnificant fim-
bꝛias. Amant autē pꝛimos recu-
bitus i cenis: ⁊ pꝛimas cathedras
in ſynagogis ⁊ ſalutiones in foꝛo.
I ⁊ vocari ab hominibus rabi. Uos
autem nolite vocari rabi. Unus eſt
enim magiſter veſter. Omnes autē
vos fratres eſtis. Et patrem nolite
vocare vobis ſuper terram. Unus
eſt enim pater veſter qui in celis eſt.
Nec vocemini magiſtri qꝛ magi-
ſter veſter vnus eſt xp̄s. Qui maioꝛ
eſt veſtrū erit miniſter veſter. Qui
aūt ſe exaltauerit humiliabiꝛ: et q̇
ſe humiliauerit exaltabitur.

Locutus eſt ieſus ad turbas
⁊ ad diſcipl̓os ſuos ⁊c. mat.
xxiij. In p̄nti euā xp̄s vult p̄
latis dare tres regulas. Pꝛi
ma eſt ꝙ ſubditos verbis ⁊
exēplis inſtruāt. Scđa ꝙ ſibijpſis foꝛtia
⁊ ſubditis leuioꝛa imponant. Tertia ꝙ
de ptāte ſibi nō colata nō gl̓ienꝛ vel ſup
biāt. Cōtra pꝛimā faciūt p̄lati ydoli: ⁊ ꝯ̄
ſcđaꝫ ſupſtitioſi: ⁊ ꝯtra tertiā ambitioſi.
Igiꝛ in eodē p̄nti euāgelio tanguntꝛ tria
puncta que ſunt admonitio: repꝛehen-
ſio: ⁊ exhoꝛtatio. ¶ Quantū ad pꝛimuꝫ
tangiꝛ admonitio qꝛ xp̄s admonet diſci
pulos ⁊ oēs fideles: vt qn̄ p̄dicatoꝛ bn̄
dicit ⁊ male facit: doctrine ⁊ nō operib⁹
attēdam⁹. ¶ Pro q̄ ſciendū eſt ꝙ qn̄ ſal
uatoꝛ iſta dixit. Scribe ⁊ phariſei ma-
gnas ꝑſecutiones oſ̄derāt ꝯ̄ eū detrahē
tes doctrine ⁊ miraculis ⁊ vite eius. Et
ſicut dicit Chꝛy. peccabāt ex malitia et
erāt incoꝛribiles. xp̄s ꝗ̄ dicebat publice
eoꝝ iniq̄tates: qꝛ auertebāt ppl̓m a fide.
Diciꝛ ergo (Locutus eſt Jeſus ad tur-
bas ⁊ ad diſcipulos ſuos dicēs. Super
cathedram moyſi) Iſta cathedra dupli
citer accipiꝛ Moyſes enim fuit doctoꝛ
ppl̓i ⁊ iudex: ⁊ ſic duplicē habuit cathe-
drā. ſ. docēdi ⁊ iudicandi. Sedere ergo
ſuper cathedrā Moyſi ſcđam eſt ſucce-
dere ei in authoꝛitate iudicādi ppl̓m: ſi
cut ſucceſſerꝛ q̇dā ſcribe ⁊ phariſei. nā a
tp̄e moyſi fuerūt ꝯſtituti a deo ſeptuagi
ta ſenes etate ⁊ ſcīa ꝓuecti: q̄ cū Moyſe
haberēt curā ppl̓i: ⁊ dicebāꝛ iudices oꝛ
dinarij: qꝛ ad ipſos fiebat recurſus i du
bijs cauſis: ⁊ ſine eis magne cauſe nō tra
ctabanꝛ. Et iſtud apud iudeos fuit ob-
ſeruatum ꝗ̄diu fuerūt in ſua ptāte: vt
ptꝫ in libꝛo chāhedrim hieroſolymita-
no in. c. de iudicijs pecuniarū. ⁊ i li. abo
doꝫara. c. j. Sedere vero ſup cathedraꝫ
Moyſi pꝛimā: eſt habere officiū docēdi
legē ⁊ doctrinā Moyſi. Et ſic loquitur



ſaluatoꝛ hic: qꝛ ſup iſtā (ſederūt ſcribe)
i. legis moſayce doctoꝛes dicti nō a ſcri
bendo ſed a docēdo ſcripta (⁊ phariſei)
i. religioſi q̇dā q̄ etiā habebāt officiū do
cendi ⁊ exhoꝛtādi ppl̓m. (Oīa ergo q̄cū-
A ꝙ dixerint vobis) conſona legi Moyſi
(ſeruate ⁊ facite) opē exequēdo. qꝛ vt di-
cit Chꝛy. nō docēt ſua: ſed q̄ de⁹ ꝑ Moy
ſen mādauit. Sed hic mouet Oꝛig. qō-
nē qꝛ iſti docebāt eſſe ſeruāda legalia:
puta ꝙ circūcidamur: ⁊ ſacrificem⁹ tau-
ros ⁊ hircos ⁊ hmōi: q̄ obſeruare in no-
ua lege eſt pctm̄. Ad hoc dicit idē Oꝛig.
⁊. s. Tho. ꝙ doctrina iſtoꝝ debebat ob
ſeruari quo ad legalia vſqꝫ ad xp̄i paſ-
ſionem tantum: quia vſqꝫ tunc obliga-
banꝛ oēs iudei ſeruare legalia: ſed p̄ce-
pta moꝛalia ſemꝑ erant obſeruāda: qꝛ
nō erant vmbꝛa futuroꝝ vt legalia ce-
rimonialia. Sed de ꝑtinētib⁹ ad moꝛes
hic loquiꝛ xp̄s ſm̄ Oꝛige. ſimpliciter: de
alijs ꝟo ad tp̄s iuxta intētionē legiſlato
ris. Itē ꝯ̄: qꝛ iſti dicebāt q̇dā q̄bus filij
retrahebanꝛ a debito honoꝛe parētū vt
ptꝫ. Mat. xv. Itē docebāt doctrinas ho
minū: vt dꝛ ibidē. i. doctrinas talmudi-
B cas: in q̄bus multa ꝯtinenꝛ diſſona mo
ribus bonis. Ad hoc dico ꝙ ſaluatoꝛ lo-
quiꝛ de his q̄ docebāt ex ꝑſona Moyſi.
q̄. ſ. erant a Moyſe dicta vel cōſona di-
ctis eius ſicut ſi ego dicā ꝙ pꝛeditatoꝛes
noue legis ſunt audiēdi: intelligēdū eſt
in quātū p̄dicāt ꝑſona noue legi: ⁊ nō ali
ter (ſm̄ ꝟo opa eoꝝ nolite facere) quia
opera eoꝛum mala ſunt ⁊ doctrina bo-
na Chꝛyſ. ſicut aurum de terra eligitur
⁊ terra relinquiꝛ: ſic auditoꝛes doctrinā
accipiāt ⁊ moꝛes relinquāt. Frequēter
em̄ de hoīe malo bona doctrina ꝓcedit.
Hec ille. Sed q̄re xp̄s ita patenter coꝛā
omni ppl̓o viros religioſos. i. phariſeos
diffamabat. Ad hoc dꝛ ſm̄. s. Tho. iij. q.
xlij. ꝙ hoc ideo fecit: qꝛ erant impedimē
tū ſalutis ppl̓o: verbis impugnando ei⁹
doctrinā: ⁊ factis vitā populi coꝛrūpen
do. Et ideo detegenda erat eoꝝ ſimu-
latio ⁊ malitia que in dānū ppl̓i verte-
C batur. Sed cōtra. Senioꝛē ne increpa-
ueris: vt dicit Apl̓s. j. Tim̄. iiij. Ad hoc
diciꝛ a. s. Tho. vbi. ſ. ꝙ verū eſt de ſene
etate ac honeſtate. Juxta illud Num̄. xj.
Quos tu ſcis ꝙ ſenes ſint: ſed ſi autoꝛi-
tatē ſenectutis vertāt in inſtrumentuꝫ
malitie publice peccando ſunt publice
⁊ acriter repꝛehendendi. Juxta illud Da
niel̓. xiij. Inueterat⁹ dierū maloꝝ. Hec
ex illo. Peccata aūt iſtoꝝ erant publica
puta detractio ad doctrinā xp̄i: licet nō D
eſſet publicum oībus ꝙ male dicerent.
Ideo xp̄s habuit declarare ꝙ ei iniuſte
detrahebāt qđ facere nō potuit niſi eos
infamādo. Infamabat ergo eos ad finē
bonū ⁊ licitū (Dicunt em̄) bona (⁊ nō fa-
ciunt) bona ſꝫ mala. ¶ In hac parte eſt
documentum qđ tangit Chꝛyſ. dicens.
Sicut ſacerdotes meli⁹ iudicāt: ꝓpter
bonos malos docere: ꝗ̄ ꝓpter malos
bonos negligere: ſic ⁊ ſubditi ꝓpter bo
nos ſacerdotes etiā malos honoꝛent ne
ꝓpter malos boni etiā contemnantur.
Melius eſt em̄ malis iniuſta p̄ſtare: ꝗ̄
bonis iuſta ſubtrahere. Hec ille.
¶ Quātū ad ſcđm poniꝛ repꝛehenſio vi
te phariſeoꝝ ⁊ ſcribarū q̄ ꝓpterea ꝙ bo-
ni videbantur multos auertebāt a fide
cū diciꝛ. (Alligāt em̄ onera grauia ⁊ im E
poꝛtabilia) i. mandata legis moſayce
ſm̄ Chꝛy. ſuꝑ Matth. q̄ lex a btō Petro
Act. xv. diciꝛ iugū qđ p̄res noſtri poꝛta-
re nō potuerunt. Iſta autem mandata
acriter ⁊ ſcrupuloſe docebāt: qđ eſt one
ra alligare. Sed cōtra: qꝛ ſm̄ Hiero. de⁹
nihil mandauit impoſſibile ⁊ conſequē
ter neqꝫ impoꝛtabile. Ad hoc dico ꝙ mā
data legis dicta ſunt impoꝛtabilia per
exaggerationem: qꝛ difficulter erāt poꝛ
tabilia maxime eo modo quo iſti doce-
bant. Uel ſm̄. ſ. Tho. iſta onera ſunt ſu-
ꝑflue oꝛdinatiōes ⁊ ſtatuta que iſti ſuꝑ-
addebāt legi. fingentes ꝙ fuit Moyſi da
ta quedā lex que ab eo non eſt redacta
in ſcriptis. ſed poſtmodū fuit ꝑ talmudi
ſtas ſcripture mandata. Alligatur aūt
ſpiritualiter bonus cum ſit ſtatutū. Pꝛi
ma ergo onera alligabāt iſti qꝛ alligata
declarabant ſcrupuloſe: ſed ſcđa vero
alligabant ſimpliciter ipſi vel patres eo
rū. (Et imponunt in humeros hominū) F
Metaphoꝛice loquendo inꝗ̄tū aſſerūt
hoīes ad hmōi ſtatuta eſſe obligatos.
(Digito aūt ſuo nolūt ea mouere). i. nō
volūt minimā ꝑtē oneris ſentire ⁊ mul

to min⁹ volūt ſupponere eis humeros
totū poꝛtādo. Et ꝑ hec vult innuere ſal
uatoꝛ ꝙ nō ſunt ſcti ſed hypocrite. ⁊ hoc
ne credat eis qſi detrahūt ſibi ⁊ euāgeli
ce doctrine. Sꝫ nūqd diſcipuli ⁊ turbe
debebāt poꝛtare iſta īpoꝛtabilia onera.
G Dico ꝙ ſic ſi erāt onera legis recte tra-
dita: qꝛ nō peccabāt illi ī h᷑ ꝙ īponebāt
hūeris hoīm: niſi aliud addiſſent: ſꝫ pec
cabāt ī hoc ꝙ ipſi eadē nō poꝛtabāt. Se
cus aūt de onerib⁹ talmudicis ⁊ phari-
ſeicis: qꝛ erāt fictiones. Et qꝛ nō ſolū iſti
ceſſabāt a poꝛtādis oneribus. i. a bonis
opib⁹ exercēdis: ſꝫ etiā mala faciebāt. ⁊
erāt nō ſolū nō boni. imo etiā mali: ideo
ſubdit. (Oia ꝟo opa ſua faciūt vt videāt
ab hoib⁹.) Et ꝯñr ſunt cupidi inanis glo
rie. imo valde cupidi. qđ notat ſꝫ Chꝛy.
qꝛ nō tm̄ qdā: ſꝫ oia opa ſua faciūt pp ho
minū applauſuꝫ ⁊ fauoꝛē (Dilatāt em̄
phylateria ſua vt melius videant ipſa
phylateria breuia. ſ. vel chartule in qb⁹
ſcripta erāt decē ꝓcepta legis a phylare
qđ eſt ſeruare: ⁊ thoꝛath lex qſi qdā me
moꝛalia ſeruāde legis nā ſm Hier. dñs
cū dediſſet mādata legis ꝑ Moyſen: ad
H extremū intulit Deut. vi. Ligabis ea ī
manu tua: ⁊ erūt ſemꝑ añ oculos tuos ꝑ
hoc volēs ſignificare ꝙ coꝛde qſq medi
taret in eis ⁊ ope ꝯpleret. Sꝫ hoc vt di-
cit pharisei male interꝑtantes: ſcribe-
bāt decē ꝓcepta legis ī chartulis lr̄is ma
gnis: vt qdā alij dicūt: ⁊ ligabāt ī frōte
in modū coꝛone: vt ſemꝑ añ oculos mo-
uerent: ⁊ ſilr ligabāt in brachijs (Et ma
gnificāt). i. ꝓ ceteris magnas faciūt (fim
brias) vt ſanctioꝛes ceteris videāt. Iu-
dei em̄ vt nō ſolū carne ꝑ circūciſionē: ſꝫ
etiā veſtib⁹ ab alijs diſtinguerēt. ꝓce-
pto dñi fimbrias ī qtuoꝛ angulis pallio
rū poꝛtabāt: ī qb⁹ pharisei. Hie. teſte li-
gabāt ſpinas acutiſſimas: vt deū ambu
lādo vel ſtādo pungerent: ꝓceptoꝝ dei
memoꝛarent. Et reuera ī his oib⁹ vt idē
I ait: fauoꝛē pplī: ⁊ lucra mulierculaꝝ ſe
ctabant. Repꝛehēdit aūt hic Chꝛy. eoſq
ꝟba euāgelij ſuſpēſa ponūt ad collū: ꝓ
pterea ꝙ virt⁹ euāgelij nō ē ī figuris li-
teraꝝ: ſꝫ in intellectu: ac ꝑ hoc meli⁹ in
coꝛde ꝙ̄ ī collo reponūt. Ad qđ dr̄ ꝙ nō
credit hoc eſſe pctm̄ cū ſine ſupſtitione

fiat ſm. s. Tho. qꝛ de btā Cecilia legit ꝙ
ſemꝑ euāgeliū gerebat ī pectoꝛe. Sctūs
etiā Barnabas ꝑ euāgeliū beati Mat.
ſanabat infirmos: ⁊ meretrix ſuꝑ nico-
laū ſenē habentē euāgelium vidit mira
bilia vt pꝫ in legēda. ſ. Andre. Ad rōnē K
Chꝛy. dico ꝙ verū ē ꝙ meli⁹ recōdūt
in coꝛde verba ſctā ꝙ̄ in collo, ſꝫ nō pñt
ſemꝑ in coꝛde teneri. Ideo meli⁹ ē ha-
bere in collo ⁊ in coꝛde: ꝙ̄ in coꝛde tantū
vel in collo tm̄ ꝙ̄ neq in coꝛde neq ī col
lo. Nec eſt incōueniēs ꝙ in ſignis ⁊ figu
ris gratia ſignificatoꝝ ſit aliqua ſpūa-
lis virt⁹ intentionalr ⁊ diuinit⁹ infuſa.
Sicut em̄ ſm ſctōs de⁹ eā dedit verbis
ſacramētalibus: qđ ꝓhibet credere ꝙ eā
dederit eā figuris maxime cū etiā dede-
rit eā fimbrie veſtimēti xp̄i: ⁊ qđ ē foꝛti⁹
vmbꝛe petri. i. aeri ī quo erat vmbꝛa pe
tri. Nō em̄ eſt veroſimile ꝙ oēs infirmi
q ad vmbꝛā petri ſanabant: oꝛonibus
petri ſanarent: ſed fiebant illa miracu-
la ex poteſtate. i. ꝑ virtutē a deo collatā
Petro: ⁊ a pe͛o ꝑ ſubiectuꝫ vmbꝛe eius
vſq ad infirmātiū coꝛꝑa deriuatā. Qđ
vero pharisei opa ſua agant ꝓpter ina L
nē gloꝛiā ꝓbat iterū dñs a ſigno cū di-
cit (Amant aūt primos accubit⁹ in ce-
nis). i. primas ſedes ad menſam. Quia
em̄ antiqui comedebāt in lectis come-
dentes dicunt recūbere vel accūbere: ⁊
ſedes mēſe dñr accūbit⁹: ⁊ primas cathe
dras ī ſynagogis ⁊ ſalutatiōes cū incli
natiōe capitis ⁊ flectiōe genuū ſm Chꝛ.
(in foꝛo) vbi ſunt multi poti⁹ ꝙ̄ ī priua-
to: ſꝫ vbiq hoc appetāt ⁊ vbiq ſit culpa
ſm Raba. (⁊ vocari ab hoib⁹ rabbi). i.
magiſter ſiue doctoꝛ. In oib⁹ tn̄ his ſm
Chꝛy. nō vituperat factū: ſed ambitio.
Nō em̄ eſt malū recūbere ī pꝛio loco: ſꝫ
ipm̄ primatū ambire ⁊ ſic ꝺ alijs. In hac
parte habēt documentū ꝯfeſſoꝛes impo
nentes exceſſiuas penitētias. Dicit em̄
Chꝛy. loquēs de alligātib⁹ onera gra-
uia. Tales inqt ſunt q graue pōdus ve
nientib⁹ ad pniam imponunt: ⁊ ſic dum
pñs pena fugit cōtēnit pnia futura. Si M
em̄ falcē ſuꝑ hūeros adoleſcētis quē nō
pōt baiulare poſueris: neceſſe hꝫ vt aut
falcē reijciat aut ſuſpiciēs dū pl⁹ ferre n̄
pōt ſcādalizat⁹ ampli⁹ peccet. Deīde ſi



erramus modicā pniaꝫ īponētes: nōne
meli⁹ pp miām reddere rōnē ꝙ̄ pp cru-
delitatē. Ubi pr̄familias larg⁹ ē diſpēſa
toꝛ nō dꝫ eē tenax. Si de⁹ benign⁹: vtqd
A ſacerdos ei⁹ auſter⁹? Uis appere ſctūs?
circa vitā tuā eſto auſterus: circa alioꝝ
benignus. Audiant te hoies parua mā
dantē ⁊ grauia facientem. Talis auteꝫ
eſt ſacerdos qui ſibi indulget: et alios
exigit: quēadmodū malus deſcriptoꝛ tri
buit in ciuitatib⁹: qui ſe releuat ⁊ one-
rat impotentes. Hec ille. ¶ Quantū ad
tertiū hoꝛtat nos xp̄s ad humilitatē: cū
dr (Uos āt nolite vocari rabbi.) Ubi ad
uertendū eſt ſm Chꝛy. ꝙ multa repꝛe-
hēderat in phariſeis minima: de qbus
diſcipuli nō indigebāt turbari: ideo illa
xp̄s ꝓtermiſit. ſed qđ erat olim maloꝝum
cauſa. ſ. thꝛonū appetere magiſtralē hoc
adducit medium. Sed ꝯ: qꝛ apl̄s. ij. Thi.
j. appellauit ſe magiſtrū: dicēs In quo
poſitus ſum ego ꝓdicatoꝛ ⁊ apl̄s ⁊ ma-
giſter. Ad hoc dicit. s. Tho. in libꝛo ꝯtra
impu. rel. ꝙ dñs hic ꝓhibuit ſoluꝫ am-
B bitionē circa magiſteriū: nō aūt ꝓhibuit
offm̄ magiſtri: qđ eſt docere vel etiā no
men magiſtri: qđ cōfert ad vtendū ſcien
tia iam hadita in docēdo. Aliter idē ſol
uit ſuꝑ Mat. ⁊ Chꝛy. ibidē ⁊ Hiero. qꝛ ma
giſter ꝓpꝛie ⁊ ſimpliciter eſt q a ſe hꝫ do
ctrinā: nō aūt ille q eā hꝫ ab alio ⁊ alijs
diſpergit: qꝛ eſt diſcipul⁹ eius q ſibi tra-
didit illā. Solus aūt deus hꝫ a ſe doctri
nā. Itē magiſter eſt ꝓpꝛie q docet: hō au
tem nō docet ꝓpꝛie hoieꝫ alioq oēs ha-
bentes doctoꝛes addiſcerēt: ſed de⁹ do-
cet interius ꝑ intellectū: ⁊ hō coadiuuat
exterius ꝓponēdo aliqua eo mō quo me
dic⁹ adiuuat naturā. Eſt ergo hō vt di-
cit. s. Tho. i. q. de veritate. q. xi. magiſter
miniſterialiter tm̄ tāq inſtrm̄ vel adiu
toꝛ magiſtri principalr ⁊ eſſentialiter di
cti de quo ſubdit. (Un⁹ em̄ eſt magiſter
veſter) ꝓpꝛie ⁊ ꝓncipalr ⁊ ſimplr ⁊ eſſen
tialiter (oēs autem vos fratres eſtis)
qꝛ filij dei ꝑ adoptionē vel creationem
C (Et patrē nolite vocare vobis ſuꝑ ter-
rā) Sed cōtra hoc eſt ꝯſuetudo antiqua
monaſterioꝝ in qbus ſenioꝛes patres
appellant. Ad hoc dr ſm mētē Hier. ⁊ ſ.
Tho. ꝙ ſuꝑ terrā nō debem⁹ cognoſce-

re patrē principalē niſi deū q eſt oim pa
trū pater: ⁊ aiaꝫ nobis dedit: abuſiue tn̄
⁊ ſcđario poſſumus aliquos appellare
patres rōne etatis: vel etiā coꝛpoꝛalis
gnationis. Nā vt ait Hiero. ſicut vnus
filius dei ꝑ naturā nō ꝓiudicat ceteris D
quin poſſint dici filij dei ꝑ adoptioneꝫ:
ita ⁊ vn⁹ pr̄ ⁊ magiſter: nō ꝓiudicat alij
quin abuſiue vocēt ⁊ pr̄es ⁊ magiſtri:
ſꝫ vnus ſit ꝓncipalis de quo dr.) Unus
eſt em̄ pater veſter q in celis eſt. Nec vo
cemini magiſtri.) Cōtra qꝛ iā hoc ſupe-
ri⁹ dixit. Ad hoc dicūt qdā ꝙ replicat idē
ꝓpter piculū magnū ambitiōis ⁊ eleua
tionis circa magiſteriū. Alij aūt dicūt ⁊
meli⁹ ꝙ ſupra dictū ē de magro docēte
ꝟbo: hic aūt de docēte exēplo ſctitatis.
Xp̄s aūt eſt qui dat⁹ eſt oib⁹ ī exēplū vi-
uendi: vt dicit. ſ. Tho. iij. p. q. xl. nō autē
alij ſancti: niſi quatenus fuerūt imita-
toꝛes xp̄i. vnde ſubditur. (Quia magi-
ſter veſter vnus eſt xp̄s) Nō dicit de⁹ qꝛ
deum quē nō videm⁹: imitari nō poſſu
mus. Aug. Hō imitādus nō erat q vide
bat deus imitādus erat q nō videbat. E
Ut ergo de⁹ exhiberet hoi eū q ⁊ ab hoie
videret ⁊ quē hō ſeqret: deus factus eſt
hō. Hec ille. Et qꝛ hactenus dñs indu-
xit ad fugā elationis: nūc īducit ad am-
plexū humilitatis dicēs (q maioꝛ eſt ve
ſtrū: erit veſter miniſter.) qđ. ſ. Tho. du-
plr exponit Pꝛio ſic, Erit veſter miniſter
i. ſe dꝫ exhibere miniſtrū. Ul̄ ſcđo erit ve
ſter miniſter in ſua exiſtimatione. Aug.
Qui pꝛeeſt nō ſe exiſtimet ptāte domi-
nāte ſed charitate ſeruiente felicē. Hec
ille. Uel aliter ſm alios. Qui maioꝛ ē. i.
vult eſſe in veritate erit veſter miniſter
ſe ī vilibus exercēdo: ſm decentiam ſue
ꝑſone ⁊ officij. (q aūt ſe exaltauerit hu-
miliabit: ⁊ q ſe humiliauerit: exaltabit)
Remig. Qđ ſic intelligit. Ois q ſe de ſuis
meritis extollit: apud deū humiliabit: ⁊
q ſe de beneficijs humiliat: apud deum
exaltabit. Hec ille. Uel aliter. Qui ſe exal
tat: ambiēdo primatū: humiliabitur ab F
hoib⁹: vel a deo: vel ab vtriſq. ⁊ q ſe hūi-
liat appetēs ſub eſſe: ⁊ fugiēs elationem
exaltabit ab hoib⁹ vl̄ a deo vl̄ ab vtriſq
¶ Moꝛaliter ſciendū eſt euidēs ſignū eſ
ſe ꝙ aliqs ſit celeſtis pr̄is fili⁹ vl̄ terreni

pꝛimo reſpicere celū vel terrā: ⁊ ſcđo eſſe
albū per puritatē vel nigrū ꝑ operatio-
nē. Filij eñ aſſimilāt patri. Vñ ⁊ ſcđm
gloſ. ſuper illud. Pullis coꝛuoꝝ ⁊c. Filij
G coꝛui q̄diu ſunt albi erectis ad celū ro-
ſtris paſcūtur a deo: ſed vbi ſunt nigri ꝑ
plumas: paſcūtur a parētib⁹. Et tertio
honoꝛare parētes. Vñ ⁊ filij ciconie pa-
rētes paſcūt: ſed filij vipere eius latera
dirūpūt. Quia dicta eſt vipera: q2 vi pa
riat: et partu ipſo ruptis lateribus mo-
riatur.

☞ Feria. iiij. poſt dñi. ij. Quadra.
☞ Tertus euange. Mat. cap. xx.

Aſcēdēs Ieſus hieroſoly
mā aſſumpſit duodecim
diſcipulos ſuos ſecreto ⁊
ait illis. Ecce aſcēdim⁹
hieroſolymā: ⁊ filius hominis tra-
detur pꝛincipibus ſacerdotū ⁊ ſcri-
bis: et cōdēnabūt euȝ moꝛte. Et tra
dēt eū gētibus ad illudēdū et fla-
H gellandū ⁊ crucifigēdū: ⁊ tertia die
reſurget. tunc acceſſit ad eū mater
filioꝝ zebedei cū filijs ſuis: adoꝛās
⁊ petens aliquid ab eo. Qui dixit
ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt ſe-
deāt hi duo filij mei vn⁹ ad dextrā
⁊ vnus ad ſiniſtrā tuā in regno tuo.
Reſpōdens aūt Ieſus dixit. Neſci
tis qđ petatis: Poteſtis bibere cali
cem quē ego bibitur⁹ ſum? Dicunt
ei. Poſſum⁹. Ait illis. Calicez qui-
dem meum bibetis: ſedere autem
ad dexterā meā ⁊ ad ſiniſtrā non eſt
meū dare vobis: ſed q̄bus paratū
eſt a patre meo. Et audiētes decez
indignati ſunt de duobus frīibus.
Ieſus aūt vocauit eos ad ſe: ⁊ ait.
Scitis q2 pꝛincipes gētium dñant
eoꝛum ⁊ qui maioꝛes ſūt ptātez ex-
I ercent in eos. Nō ita erit īter vos:
Sȝ q̄cunq; voluerit inter vos ma-
ioꝛ fieri ſit veſter miniſter. Et q̄ vo-
luerit īter vos pꝛim⁹ eē: erit veſter
ſeruus. Sicut filius hoīs nō venit
miniſtrari ſed miniſtrare ⁊ dare ani
mam ſuaȝ redemptionē ꝓ multis.

Aſcendēs Hieroſolymā ⁊c.)
Matth. xx. In preſenti euā-
gelio tangūtur tria puncta:
que ſunt. Prenūtiatio: poſtu
latio: ⁊ indignatio. ¶ Quan K
tum ad pꝛimū tāgitur pꝛenuntiatio paſ
ſionis xp̄i: cū dicitur. (Aſcendens Ieſus
hieroſolymā) .i. hieruſalē que erat i mō
tibus ⁊ eminebat in tota terra ꝓmiſſio-
nis (aſſumpſit duodecim diſcip̄los ſuos)
Ex quo patet ꝙ inter eos erat Iudas.
Foꝛſitā eñ adhuc erat dignus: vt dicit
Oꝛige. audire cū alijs. Et. ſ. Tho. dicit ꝙ
nondū conceperat malū qđ videt intel-
ligēdū de pꝛoditione: vtrū aūt iam eſſet
latro: credo ꝙ ſic: ſȝ erat occult⁹ (ſecreto)
Pꝛimo ſm Chꝛy. q2 paſſio xp̄i eſt pꝛetio-
ſiſſimus theſaurus cū vt ait nihil ſit ꝓꝑ
qđ magis debeamus deo gratias agere
ideo in vaſis electis erat recōdēdus. Et
intēdit ꝙ pꝛopter reuerentiā paſſionis
xp̄s pꝛimo eam debuit publicare di-
gnioꝛibus perſonis. i. apoſtolis familia- L
rioꝛibus xp̄o. Scđo ſm eū: q2 ceteri erāt
imperfecti ⁊ conturbati ⁊ aduerſi ab eo
fuiſſent. ſi ei⁹ moꝛtē audiuiſſent. ⁊ mulie
res etiā tumultū feciſſent. Et tertio ſm
eundē Chꝛy. q2 ſciebat matrē filioꝝ ze-
bedei aliquid petiturā: et iō declinauit
a via: vt ei daret locū ad petēdū: ⁊ inde
diſcipulos inſtrueret. Et quarto vt eli-
cit a Cypꝛiano i exēplū tuū: ꝙ ſi vis aſcē
dere ad crucē religionis: nō manifeſtes
multis cōſiliū tuū. Et quinto ad cōdēnā
dam hypocriſim: que ad crucē ꝑnie non
vadit ſecreto ſȝ patēter (Et ait illis) pꝛe-
dicēdo paſſionē ſuā ⁊ reſurrectionē: ſm
Cyrillū: vt ſcirēt eū volūtarie pati: ⁊ ꝓ-
pter alia q̄ dicent. (Ecce aſcēdimus hie-
roſolymā: ⁊ fili⁹ hoīs) .i. ipſemet ſic ſe ap
pellās vel q2 vnius tm̄ ſit filius. ſ. virgi-
nis: vel humilitatis cā: cū ſe poſſet dice-
re filiū dei (tradetur) a iuda (pꝛincipibus
ſacerdotū:) Foꝛte iſti pꝛincipes ſunt qui M
ſucceſſerūt illis viginti quatuoꝛ quos oꝛ
dinauit. Dauid de q̄b⁹ habes dñica. iiij.
aduētus (⁊ ſcribis) .i. legis doctoꝛib⁹ (et
cōdēnabūt eū moꝛte.) qui dixerūt ⁊ iudi
cauerūt eū reū moꝛtis: ſȝ nō potuerunt



exercere iudiciū: q2 poteſtas ſanguinis
eis fuerat a romanis ablata: vñ dixerūt.
Nobis nō licet iterficere quēq;. (Et tra
dent) ipſi pꝛincipes ⁊ ſcribe (eū) a ſe pꝛi⁹
ad moꝛtē ſentētiatū: ⁊ duriſſime vt cre-
A ditur flagellatū: (gētibus) .i. pilato gēti-
li ⁊ poteſtati romanoꝝ: ſm Raba. (ad il
ludendū ⁊ flagellandū ⁊ crucifigēdum)
Et in verbis ſm. ſ. Tho. oſtēdit xp̄s fuiſ
ſe pꝛiuatus tribus: q̄ maxime appetunt
hoīes: honoꝛe: quiete: ſenſuū ⁊ vita. (Et
die tertia reſurget) cōputādo eā in qua
paſſus eſt. Hoc aūt ſm Chꝛy. dꝛ vt cum
triſtia viderēt reſurrectionē expectarēt.
Pꝛedixit aūt xp̄s diſcipulis paſſionem.
Pꝛimo ſm Greg. Hiero. ⁊ Chꝛy. vt foꝛ-
tioꝛes eſſēt i die paraſceues: q2 iacula ꝓ
uiſa minus ledunt. Uel ſcđo ſm Hiero.
vt ex reuelatione moꝛtis de reſurrectio-
ne non dubitēt. Uel tertio ſm Chꝛy. vt
ex hoc cognoſcāt ꝑſcientiā xp̄i ⁊ ex ꝑſciē
tia deitatē: ⁊ ex deitate voluntariā ⁊ nō
coactā paſſionē. In hac parte eſt docu-
mentū Rabani dicētis. Ideo aūt dñs in
mūdo noluit ꝓſperari: ſȝ grauia pati: vt
B oſtēderet nobis q̄ per delectationē ceci-
dimus: cū qua amaritudine redire de-
beamus. Hec ille: Vñ Aug. de ciuita. dei
ait. Paſſione oſtēdit qđ ſuſtinere ꝓ veri
tate reſurrectione qđ ſperare in verita-
te debeamus. Hec ille. Uide ēt de his ſu
pra in dñica i Quinquageſima. ¶ Quā-
tū ad ſcđȝ tangit poſtulatio filioꝝ zebe-
dei. i. Ioānis euāgeliſte ⁊ Iacobi maio-
ris: q̄ fuerūt filij marie ſoꝛoꝛis marie ma
tris dñi: ex zebedeo patre. Sic eñ dicit
Magr̄. hiſt. filij zebedei audita moꝛte et
reſurrectiōe xp̄i crediderūt eū ilico regna
turū in pop̄lo iudaico: ⁊ ſuggeſſerūt mr̄i
vt peterēt grām vnā a xp̄o: illā nō expꝛi
mēdo: q̄ obtēta exprimeret illā de q̄ dꝛ in
fra. Et ſicut dicit Hie. ⁊ ēt mr̄ eoꝝ ſilr cre
didit xp̄m ilico regnaturū: iō cōſenſit fi-
lijs. Et iō dicit: (Tūc) audita. ſ. moꝛte et
C reſurrectiōe xp̄i dicta mulier (acceſſit ad
eū) ſuggeſtiōe Ioānis ⁊ Iacobi: vt dicit
Magr̄ hiſt. ⁊ Hiero. Sȝ q̄re nō acceſſerūt
ipſi filij zebedei? Rñdet Chryſ. Ne inq̄t
ceteroꝝ diſcip̄loꝝ coꝛda cōtererēt volē
tes ſibi ꝓuidere de regno. Dixerūt ergo
Submittamus matrē vt ſuo noīe depꝛe
cetur pꝛo nobis. Si eñ res fuerit repꝛe-
hēſibilis: facile merebit veniam: q2 mu
lier: ſi aūt nō fuerit facili⁹ īpetrabit mr̄
pꝛo filijs rogās q2 pꝛius de⁹ facili⁹ exau
diet maternū affectū. (Mater filioꝝ ze-
bedei) Nota ꝙ. b. Anna mater virginis D
marie: tres hbuit viros: ⁊ ex ſinglis ſin
gulas habuit filias: quarū quālibet ap-
pellauit Mariā: ⁊ q̄libet habuit virū: et
genuit filios: aut ex viro aut ſine viro.
De h̄ ſunt v̄ſ⁹ tales. Anna ſolet dici tres
concepiſſe Marias. Quas genuere viri
ioachim: cleophas: ſalomeq;. Has duxe
re viri ioſeph: alphe⁹: zebede⁹. Pꝛia pa-
rit xp̄m. Iacobū ſecūda minoꝛē: Et Io-
ſeph iuſtū peperit cū ſimone iudā. Ter-
tia maioꝛē iacobū volucrēq; Ioānē. Sȝ
cōtra iſta q̄ cōiter vera tenētur videtur
eſſe dictū Chꝛy. qui dicit ſup Matth. ꝙ
iſta mulier dicta eſt ſalome: ⁊ idē dicit. ſ.
Tho. qui addit ꝙ ſalome eſt nomē mu-
lieris. Ad hec pt dici ꝙ intēdit Chꝛy. et
s. Tho. ꝙ ea ꝑſona q̄ i euāgelijs exp̄mit
ꝑ ly ſalome eſt mulier ⁊ nō maſculus: ſȝ
tñ q̄ties in euāgelio dꝛ ſalome ſubaudit
maria vt dicat maria iacobi ⁊ ſalome. i.
maria iacobi ⁊ maria ſalome: ſic dicta a
pr̄e ſalome appellato: cū ip̄a maria dice E
ret (cū filijs ſuis) .i. reuerentiā faciēs vt
obtineret qđ optabat (⁊ petēs) Beatus
Marcus dicit ꝙ petiuerūt filij: ſed ſicut
dicit. s. Tho. filij petiuerūt mediāte mr̄e
(aliqđ ab eo:) nō exprimēdo qđ vellet: ſȝ
dicendo volo vt des mihi vnū. In hoc vi
det manifeſtū ꝙ iſta mulier multū poſ-
ſet apud xp̄m: q2 duo ex. xij. poſuerūt eaȝ
exoꝛatricē ꝓ ſe: ⁊ tñ illi erāt xp̄i ſecreta-
rij. Et ſicut dicit Chꝛy. iſta ſeq̄bat xp̄ȝ cō
tinue: ſiue marit⁹ viueret ſiue nō ꝙ cer
tum nō habet. Dicit aūt. s. Tho. ꝙ talis
petitio in qua nō exp̄mit petitū non eſt
admittēda: ⁊ q̄ eā admittit ſtulte admit
tit. Vñ herodes ſtulte ꝓmiſit puelle: ⁊ tā
q̄ ſtultus nō reuocauit. Salomō aūt ꝓ-
miſit q̄dē matri ſtulte: ſȝ tanq̄ ſapiēs re F
uocauit poſtq̄ ip̄a petiuerat ꝓ Adonia
q̄ latenter inſidiabatur regi Salomoni.
Chꝛiſt⁹ aūt ſapiētioꝛ. Salomone nō vo
luit ꝓmittere niſi exp̄meret res petita.
Vñ ſeq̄t (q̄ dixit ei: Quid vis?) ſm Chꝛy.
nō interrogat ex ignoꝛātia: ſȝ vt ex res-

ſponſione oſtēdat irrationabilē eſſe pe‑titionē.(At illa. Dic vt ſedeāt hi duo fi‑lij mei vnus ad dexterā tuā: ⁊ vnus ad ſiniſtrā in regno tuo.) ¶ Pro quo aduer‑
G tēdū ē ꝙ iudei ſcripturas de xp̄o loquē‑tes carnaliter intelligebāt: iō eū corpo‑raliter regnaturum putabāt in hierl'm. Apl'i quoqꝫ tāqꝫ rudes idē credebāt: exi‑ſtimātes ꝙ rebellare faceret xp̄s ppl'm ⁊ auferret dominiū a romanis reſtituēs illud Iſraeli. Uñ ⁊ Act. i. xp̄o aſcēſuro in‑terrogabāt. Dñe ſi in tēpore h' reſtitues regnū iſrael. Uñ ſm Hiero. ⁊ Orige. peti‑uerūt iſti aliquid carnale. vt. ſ. eſſent col‑laterales xp̄o: ⁊ nulli ſi haberent maiorē. Uolebāt eñ Petrū deijcere de primatu idē ſentit Chry. qui ait. Uidebāt ſeipſos honoratos pre alijs. ⁊ audierūt ꝙ ſuper xij. thronos ſedebūt. Uñ primatū ipſius cathedre petebāt accipere. Et quidē ꝙ plus alijs honoris apud xp̄m habebant nouerāt: timebātꝗ Petrū ſibi preferri.
H Uñ manifeſtum eſt: ꝙ nihil ſpūale pete‑bāt: neqꝫ itelligētiā ſuperioris regni ha‑bebant. Hec ille. Uel aliter pōt dici ſm Chry. ꝙ petebāt aliq̄d ſpūale: puta pri‑matū in celeſti regno.(Reſpōdēs aūt Ie‑ſus) nō quidē matri q̄ ſupplicauerat ſʒ fi‑lijs. Tū qꝛ filij fuerūt primi motores. Tū ad innuendū ꝙ nō eſt honor hoī cōten‑dere cū muliere. Tū qꝛ erat vetula: ⁊ cō‑ſequēter piū erat eā cōſolari: impiū ꝟo cōturbare. Tū qꝛ erat amita: ⁊ cōſequen‑ter erat ei deferēdū. Tū qꝛ erat mr̄: ⁊ cō‑ſequēter erat ei cōpatiēdū ſi ꝓ filijs ſup‑plicabat. Reſpōdēs igit̄ ad diſcipl'os: ex quoꝝ ſuggeſtiōe ſʒ Hiero. nouerat ma‑tris ſupplicationē proceſſiſſe dixit.(Ne‑ſcitis q̄d petatis). Et hoc iō: qꝛ nihil ſpi‑rituale petebāt ſm Chry. vel qꝛ ſi pete‑bāt ſpirituale vt idē ḋt: ſi nouiſſent quid petebāt nō auſi fuiſſent tm̄ quid petere qđ ſuperexcedit ſuperiores ꝟtutes. Nul‑li eñ creature cōpetit ſedere a dextris: vt dicit. ſ. Tho. Uñ ⁊ regina dicit̄ i pſal‑
I mo nō ſediſſe a dextris: ſʒ aſtitiſſe. Uel h' ideo ſm eūdē qꝛ a ſiniſtra ad dexteram erāt vocati: vñ ad ſiniſtrā nō debebant velle redire. Et intēdit Chry. ꝙ eſſe i ſi‑niſtra eſt maloꝝ. Uel hoc ideo ſm Hila. qꝛ de glīa apl'oꝝ nō erat ambigendū cū

iudicaturi eſſent cū xp̄o: vt iam poterat ex dictis eius eſſe manifeſtū. Uel hoc iō ſm magiſtrū hiſto. qꝛ regnare petebāt q̄ nō meruerāt: ⁊ prelationē volebāt in ce‑lo vbi nō eſt:(poteſtis bibere calicē quē ego bibiturꝰ ſum?) Beatꝰ Mar. dicit do‑ K minum addidiſſe(aut baptiſmo quo ego baptizor). i. baptizabor in proximo (ba‑ptizari). Per baptiſmū aūt dñs ſignifica‑uit mortē ad ſimilitudinē lane ſm ma‑gi. hiſto. que dū baptizata mergitur: ex‑trahit̄ poſt cū alicuius nobilioris colo‑ris ſplēdore. Sic ⁊ nos ꝑ mortē mergi‑mur in terrā: ſʒ clariores ⁊ nobiliores re‑ſurgemꝰ. Per calicē vero ſignificauit ſʒ eundē paſſionē circa mortē tm̄. Eſt autē calix vt dicit Macrobius genus poculi qđ cilices inuenerūt: ⁊ dictus eſt quaſi ci‑lix: mutata i in a. Significat vero ama‑ritudinē tribulatiōis: qꝛ vt ḋt idē mag' eſt ſcyphus quo calidā potionē. i. medi‑cinā ſumimus. Uñ ⁊ ſm aliquos dictus eſt calix: qꝛ caleat calore amare potiōis. Uel ſm Caſſi. ſuper ꝑs. ſignificat paſſio‑nē: qꝛ eſt genus poculi quo potus diſtri‑buit̄ bibētibus mēſuratus: ſicut tribula‑ L tiones a deo nobis immittūtur ſm men‑ſuram poſſibilitatis noſtre ad ſufferen‑dū: ſm tm̄ alios puta Hiero. Chry. Hila‑riū ⁊ multos alios idē ſignificatū eſt no‑mine calicis qđ ⁊ noīe baptiſmi: marty‑riū. ſ. ſeu paſſio ad mortē vſqꝫ ꝯtracta ⁊ terminata. Cū aūt dñs ſciret ꝙ iſti pote‑rāt ſuā paſſionē imitari interrogat tm̄ ſi id poſſunt ſm Chry. vel vt ſignificet ne‑minē poſſe cū xp̄o regnare niſi paſſionē xp̄i fuerit imitatus: ſaltē contra peccati certamē: vel vt tacite increparet eos: ac ſi diceret. Uos de honore ⁊ coronis loq̄‑mini: ego vero de agonibus ⁊ ſudoribus cogito. Nō eñ hoc p̄mioꝝ eſt tēpus(di‑cunt ei poſſumꝰ) reſpōdendo. ſ. ⁊ de paſ‑ſione ⁊ de morte: ſeu de calice ⁊ baptiſ‑mo. Sic aūt reſpōdent ſm Hila. qꝛ iam martyrij ꝯſtātiā habebāt. Uel ſm Chry. M hoc dicūt nō tā ex fiducia ſue fortitudi‑nis: qꝫ ex ignorantia. In expertis eñ le‑uis videt̄ eſſe tētatio paſſionis ⁊ mortis. Hec ille. Uel ſm eundē hoc dicunt ex de‑ſyderio eius qđ petiuerāt qꝛ niſi ſperaſ‑ſent audiri nō ſic dixiſſent. Uel ſecūdū. ſ.



Tho. ex intēſo amore ad xp̄m ſicut ⁊ Pe‑trus dixit paratus ſum tecū ⁊ in carcerē ⁊ in mortē ire. Sequitur(Calicē quidem meū bibetis.) Et in hoc ſm Hila. collau‑dauit fidē eoꝝ ſm magi. aūt hiſto. dñs
A reſpondet de calice ⁊ tacet de baptiſmo qꝛ Ioānes multa quidē ꝓpter dñm paſ‑ſus eſt ſʒ nō mortē violētā. Sʒ ſm alios qui per calicē mortē accipiūt etiam ipſe Ioānes calicē bibit: ſicut predixerat do‑minꝰ. Et hoc ſm Hierony. ſm aīm et vo‑luntatē que nō defuerūt martyrio: vt te‑ſtatur feruētis olei doliū: de quo narra‑tur in eccleſiaſtica hiſto. ⁊ flagella q̄ per‑tulit: vt legitur in actibus apoſtoloꝝ. Martyriū tm̄ defuit eiꝰ animo: qꝛ in pa‑ce vitā finiuit. Uel ſcōꝫ alios actu ⁊ non ſolo aīo bibit calicē mortis: ſʒ nō cōple‑te ⁊ perfecte: ſed ſolū ſcđm paſſiones ad mortē diſpoſitiuas vel ſcđm exiliū quod ſuſtinuit in pathmos inſula. Eſt eñ exi‑liū mors ciuilis. inſti. quibꝰ mo. ius pa. po. ſol. relegati ſi mortuo. De reliq̄ fra‑tre dubiū nō eſt: qꝛ vt habet̄ Act. xij. ab
B Herode Agrippa gladio occiſus eſt. xp̄s aūt vt dicit Hieronī. neqꝫ negauit qđ po‑ſtulabant ne eos triſtes efficeret: neqꝫ ꝓ‑ſpopōdit ne decē alios irritaret ſed ait: (Sedere aūt ad dextrā meā vel ad ſini‑ſtrā non eſt meū). i. nō ꝑtinet ad me) da‑re vobis) ſubaudi ſʒ magi. hiſt. ⁊ Remi. talibus quales eſtis: qꝛ ambitioſi eſtis. Uel ſm. ſ. Tho. ⁊ magi. hiſto. nō eſt meū dare vobis pro vobis: ſeu ratione perſo‑narū vel propinquitatis: qꝛ dignitas in regno celoꝝ cōſequitur ſolū copiā meri‑toꝝ. Igitur xp̄s eis diſcrete reſpōdit: qꝛ nō dixit dabo ne alij indignarent̄: nec nō dabo: ne iſti cōfunderent̄: ſed dixit vir‑tualiter: nō dabo qꝛ eſtis mihi propinq̄: ſʒ dabo ſi fueritis digni. Uñ ⁊ ſubditur. (Sed quibus paratū eſt a patre meo) ex predeſtinatione ſm quā nō perſone pro‑
C pinquitas ſʒ charitas penſat. Et in hac ſm Hiero. etiā ipſos ab hoc qđ poſtula‑bat nō excludit qꝛ ſi meritis ⁊ operibus tales fuerint vt digni ſint regno celorū accipiūt illud. ¶ Sed hic eſt duplex que‑ſtio. Prima quā facit Arrius hereticus. Si eñ nō eſt xp̄i inquit dare iſtis regnū ſed quibus pater parauit ſequit̄ ꝙ filiꝰ

non ſit patris equalis. Ad hoc autem ḋr primo quidē ꝙ filius nō eſt equalis pa‑tri ſm naturā qua iſtis erat ꝓpinquus ⁊ ſcđm quā iſti credebāt obtinere poſtu‑lata. ſecꝰ aūt ſcđm diuinitatē. Et p̄terea D xp̄s ñ negat ſe daturū regnū celoꝝ: imo affirmat ſe daturū illud: nō q̄dē iſtis: ſʒ his q̄bꝰ pr̄ preparauit illud. ¶ Et ſi in‑ſtet̄ qꝛ ex h' habet̄ ꝙ pr̄ p̄parat regnū ali‑quibꝰ ⁊ nō filiꝰ. Dico ꝙ verū eſt ſm hu‑manitatē nō aūt ſm diuinitatē q̄ vnū ē cū pr̄e. vt ip̄emet dicit Ioā. x. Sic eñ ip̄e preparat illud cū patre predeſtinando. ¶ Alia q̄ſtio eſt: qꝛ xp̄s innuit ꝙ aliq̄bus hoc ſit ꝯceſſurꝰ vt ad dexterā eiꝰ ſedeāt qđ nulliꝰ videt̄ creature eſſe ſm p̄dicta. Ad hoc ḋr ſʒ Chry. ꝙ nō intēdebat dñs dicere: ꝙ hoc aliquibꝰ ſit dādū ſcđm ꝙ verba ſonāt: q̄ importare videt̄ eq̄litatē in deitate: ſʒ ſcđm ꝙ illi duo credebant q̄ ꝑ hoc nihil aliud intelligebāt niſi emi‑nentiā ſuꝑ oēs alios in regno dei. Sic ēt ſedere ad ſiniſtrā nō eſt accipiendū hic vt ſonat in malū: ſʒ vt importat conſiſte‑re perſone regis: qꝛ ſic iſti intelligebant. ¶ In hac parte eſt documētū moraliter E vt caueamus ne dicat̄ nobis neſcitis q̄d petatis. Si eñ petētibus regnū celi di‑ctū eſt ſic: multomagis h' poterit dici pe‑tētibus tēporalia niſi ſane petāt. Chry. Ideo dicit neſcitis q̄d petatis: qꝛ nō ſo‑lū debemus cogitare qualē gloriā cōſe‑quamur: ſʒ quomodo euadamus ruinā peccati: qꝛ ⁊ in ſeculari bello q̄ ſemꝑ pre‑dā victorie cogitat: difficile vincit. Ideo petendū erat Da nobis auxiliū gratie tue vt oē malū vicamꝰ. Hec ille. ¶ Quā‑tū ad tertiū tāgit̄ apl'oꝝ alioꝝ indigna‑tio cū ſubdit̄. (Et audiētes decē) ſnīam dñi p̄dictos duos increpātis: ſm Chry. (indignati ſunt) ꝙ alij ſe eis vellēt ante‑ferre. Et hoc ſcđm. ſ. Tho. ex quadā ela‑tione: ſicut ⁊ illi ex elatione petiuerunt. Erāt eñ oēs adhuc carnales ſm Chry. ⁊ iſta carnaliter geſſerūt (de duobꝰ fra‑tribus) Sʒ quare ſūt indignati cū illi nō F petiuerint ſʒ mater. Ad hoc dicūt Chr. ⁊ Hiero. ꝙ ex dñi reſpōſiōe qui ad filios nō ad matrē reſpōdit: intellexerūt ma‑trē ſubmiſſam fuiſſe a filijs. Sed quare nō ſunt idignati ſtatim cū dixit: neſcitis

quid petatis. Ad hoc dicit Chry. Donec
xp̄i ſnīa incerta erat non triſtabant͛ alij
diſcipuli: ſed tūc triſtati ſunt qn̄ illos in-
crepauit. Hec ille. Itēdit aūt Chryſo. ꝙ
nō ſunt ante indignati. i. nō añ oſtende-
D runt indignationē ſuā ꝓpter reuerētiā
xp̄i. Uñ dicit idē in homil. Qn̄ autē eos
a dn̄o p̄honoratos viderūt in trāſſigura
tione: ⁊ ſi ſm̄ mentē dolebant in mediū
afferre nō audebāt venerāteſ doctorē.
Hec ille. (Jeſus aūt) aduertēs eoꝝ indi-
gnationē ⁊ volēs eos blande conſolari
(vocauit eos ad ſe) tāꝗ magiſter dulcis
ac pius q̄ nullū triſte videre voluiſſet.
Chryſo. Qꝛ eñ turbati erāt: vocatione
eos cōſolatur de ꝓpinquo eis loquēdo.
Et eñ duo a ſocietate. x. ſeipſos ſeparā-
tes: ꝓpius ſtabāt ſeorſum domino lo-
quētes. Hec ille. (Et ait). ¶ Ad euidētiā
aūt ſeq̄ntiū ſciēdū eſt ꝙ gētiles erāt hor
rori iudeis. iuxta illō. Sit tibi ſicut eth-
nicus ⁊ publicanꝰ: ideo xp̄s induxit exē
plū de gētilibus ad maiorē horrorē: vt
oſtēdat ꝙ hoc exēplū nō eſt imitādum.
Sciendū eſt etiā ſm̄ ſan. Tho. ꝙ domi-
nari dupliciter ſumit͛. Uno modo vt eſt
idē ꝙ preeſſe ad bonū ſubditorū. Et ſic
dominiū verum eſt: ad hoc ſiunt princi
H pes. Alio modo vt correlatiue dicit͛ ad
ſeruū eſſe: vt dicat͛ dn̄s q̄ ſeruiliter ſub-
dit ſibi aliquē ad bonū ſuū ꝓpriū. Hoc
autē eſt degenerare a vero p̄ncipatu in
tyrānidē. ſm̄ ergo dtōꝝ Tho. ⁊ Chryſ.
mentē: q̄ ſequūt͛ ſic exponēda ſunt (Sci-
tis qꝛ principes) q̄. ſ. ex officio p̄ſunt (gen
tiū). i. gētiliū (dominant͛ eoꝝ) non vero
dn̄io ad bonū eoꝝ. ſed tyrannizando ad
bonū ſuū: ⁊ hoc ⁊ ſi nō ſemꝑ tñ freq̄nter
(⁊ q̄ maiores ſunt). i. nobiles ⁊ potētes.
qui ſunt maiores non dignitate p̄ncipa
tus vel officij ſꝫ potētia diuitiarū ⁊ ami
corū (poteſtatē exercent in eos) nō adiu-
uādo ſed opprimēdo pleruꝗ. Si tñ exer
cerēt ptātē in beneficiū minorū: diceren-
tur benefici (nō ita erit inter vos) in ec-
cleſia mea: vt maiores nō debēt eſſe qn̄
I dn̄aturi (ſed quicūꝗ voluerit inter vos
maior fieri). i. habere p̄ſidiū ſpū ſancti
quo ſit tanꝗ potēs ⁊ ſi nō primus (ſit ve
ſter miniſter) exhibēdo alijs q̄ accepit a
deo: ⁊ ſua ptāte vtendo in bonū ⁊ nō in

malū aliorū (⁊ q̄cūꝗ voluerit inter vos)
i. i ecclīa (primꝰ eſſe). i. habere p̄matū vel
p̄laturā: eo mō quo in gētibꝰ ſunt princi
pes (erit veſter ſeruꝰ) Qđ dupl͛r pōt in-
telligi. Pͥo ſic. Erit veſter ſeruꝰ. i. ꝑ ſer-
K uitutē ⁊ humilitatē alijs exhibitā diſpo
net͛ vt alijs ſit p̄or merito: ⁊ p̄latione: nō
aūt armorū aut diuitiaꝝ potētia vel ſan
guinis nobilitate: vt in mūdano p̄ncipa
tu. Chy. Primatꝰ grate fugiēte ſe deſy-
derat: deſyderantē ſe horret. Conuerſa
tio ergo melior deſyderāda eſt: nō me-
lior gradus. Hec ille. ¶ Secūdo melius
ſic. Erit veſter ſeruꝰ. i. ſciat ꝙ habere pri
matū in ecclīa nō eſt habere dn̄iū ſꝫ ſer
uitutē. Serui eñ eſt: ꝙ ſe totū ad ſerui-
tiū dn̄i impendat. Sic etiā prelati eccle-
ſie totū ⁊ qđ habent ⁊ qđ poſſunt ⁊ quod
ſunt ſubditis debēt. Chryſoſto. Uolens
ergo dominꝰ ⁊ duorū filiorum zebedei ⁊
aliorum indignationē extinguere: intro
ducit differentiā inter principes mūdia
les et eccleſiaſticos: oſtēdens quia p̄ma-
tus in xp̄o nec ab aliquo appetēdus eſt
non habēte: nec alteri inuidēdus eſt ha-
benti: qꝛ principes mundi ideo ſunt vt L
dominent͛ minoribꝰ ſuis: ⁊ eos ſeruituti
ſubijciant ⁊ expolient ⁊ vſꝗ ad mortem
eis vtant͛ ad ſuā vtilitatē ⁊ gl'iam. Prin
cipes aūt eccleſie ſiunt vt ſeruiat mino-
ribus ſuis: ⁊ miniſtrēt eis q̄cunꝗ acce-
perūt a xp̄o: vt ſuas vtilitates negligāt
⁊ illoꝝ ꝓcurēt: ⁊ mori non recuſent pro
ſalute inferioꝝ. Primatū ergo eccl'ie cō-
cupiſcere neꝗ iuſtū eſt neꝗ vtile. Quis
eñ ſapiēs vult vltro ſe ſubijcere ſeruitu
ti ⁊ ꝑiculo tali: vel det rōnem ꝓ omni ec
cleſia niſi forte q̄ nō timet dei iudicium:
abutēs p̄matu ſuo eccl'iaſtico ſeculari-
ter: ita vt ꝯuertat illud in ſeculare. Hec
ille. Cōſequēter dn̄s ꝓponit ſe in exēplū
humilitatis dicēs (Sicut filius hois nō
venit miniſtrari). i. vt ſibi miniſtret͛. Et
ſi aliqñ ei miniſtratū eſt ab angelis vel
hoibus nō tñ ꝓpter hoc venit ſm̄ Orig.
⁊ s. Tho. (ſed) venit (miniſtrare) verbū M
dei ⁊ gratiā eius ⁊ gl'iam (⁊ dare). i. expo
nere (animā ſuā). i. vitā corꝑalē (redem
ptionē ꝓ multis) efficaciter ⁊ ꝓ oibꝰ ſuf
ficiēter. Lꝫ eñ xp̄i paſſio ſufficiēs pretiū
fuerit ad redimēdū oēs hoies q̄ fuerūt:



ſunt: ⁊ erūt: ⁊ eſſe poſſunt: tñ nō hꝫ effica
ciā: niſi in his q̄ ꝯiungunt͛ xp̄o. Chry. in
homil. Quātūcūꝗ ergo tu humiliatus
A fueris nō poteris tñ deſcēdere quātum
dn̄s tuus. Hec ille. ¶ In hac parte Ori-
ge. tāgit documentū vnū moraliter di-
cēs. Eccleſiarū ergo p̄ncipes imitari de-
bēt xp̄ꝫ acceſſibilē: ⁊ mulieribus loquen
tē ⁊ pueris manꝰ iponentē: ⁊ diſcipulis
pedes lauantē: vt ⁊ ipſi ſimiliter faciāt
fratribus. Nos aūt tales ſumꝰ vt etiam
p̄ncipū excedere ſuꝑbiā videamur vel
nō intelligētes: vel ꝯtemnētes mādatū
xp̄i: ⁊ q̄rimus ſicut reges acies p̄cedētes:
⁊ terribiles nos: ac acceſſu difficiles: ma
xime pauꝑibus exhibemus nullā affabi
litatē habētes vel habere ad nos ꝑmittē
tes. hec ille. ¶ Eſt etiā ſciēdū moraliter
ꝙ deus in hac vita hꝫ tres calices vt col
ligit͛ ex ſcripturis. Primꝰ eſt plenus bal
ſamo. i. innocētia ⁊ gratia: in quo bibit
xp̄s ⁊ omnes ſcti. Et vt colligit͛ Jo. iiij. in
B illis v͛bis q̄ biberit ⁊c. ſignū ꝙ aliq̄s bi-
berit de iſto calice: eſt primo mundane
ſitis extinctio. Et ſcđo eſt mēte in celeſti-
bus habitatio. ⁊ tertio eſt mētis exulta-
tio. Sicut eñ ſupra nubes ſemꝑ eſt ſere
nū: ita ⁊ ſemꝑ eſt gaudiū i mēte leuata.
Secūdus aūt eſt plenꝰ abſinthio penitē
tie: in q̄ bibit magdalena ⁊ oēs peniten
tes q̄ ꝑdiderūt gratiā potatā in primo ⁊
eā inuenerūt ꝑ potū ſcđi. Tertiꝰ eſt ple
nus ſanguine: ⁊ eſt calix dn̄ice paſſiōis:
de quo hic dicit͛: in quo bibit xp̄s et oēs
martyres. Hic ſanguis dealbat ſicut
alij maculāt: qꝛ hꝫ naturā lactis. Sicut
eñ lac eſt ſanguis bis coctus. ſ. in venis
⁊ in mām̄illis cuius decoctionis virtu-
te v͛ſus eſt in albedinem ſic ſanguis xp̄i
eſt albus vt lac: qꝛ fuit bis coctus: igne
amoris ⁊ igne dure paſſionis ac doloro
ſe imaginationis. Nā xp̄s mox vt fuit cō
ceptus: inquātum hō ſuam paſſionē to-
tā vidit: Uñ ſemꝑ eā in memoria ſic reti
nuit: ꝙ nec vnā diē vel noctē ſine dolo-
re trāſiuit. pſalm̄. Defecit in dolore vita
C mea: ⁊ anni mei in gemitibus. Hꝫ etiam
poſt hāc vitā tres alios. Primus eſt ple
nus mero. i. celū in q̄ eſt gl'ia ſanctoꝝ: is
quo bibūt ſcti in patria: nos vͦo aliquas
guttulas p̄guſtamꝰ. Scđs ē plenus vino

mixto vt purgatoriū in quo bibūt aliq̄
aie: ⁊ ibi imiſcet͛ grē pene ⁊ ſpes timoris
delationis glorie: ⁊ ꝯſolatio cum dolore.
Tertiꝰ eſt plenꝰ fece. i. īfernus i q̄ bibūt
aliq̄ cū mortali decedētes in quo ſunt vl'
erunt ſm̄ aliquos feces omniū elemēto- D
rū ⁊ mixtoꝝ purgato mūdo ī die iudicij.

¶ Feria. v. poſt dn̄icam. ij. xl.

¶ Textus euang. Luce. xvj. c.

HOmo quidā erat diues et induebatur purpura ⁊ byſſo: ⁊ epulabatur quotidie ⁊c.

HOmo quidā erat diues ⁊c. Luce. xvj. Uide dn̄ica prima poſt feſtum trinitatis.

¶ Feria. vj. poſt dn̄icam. ij. xl.

¶ Textus euang. Mat. xxj. c.

HOmo erat p̄rfamilias
qui plantauit vineā: ⁊
ſepē circūdedit ei: ⁊ fo
dit in ea torcular: ⁊ edi
ficauit turrī: et locauit
eā agricolis: et ꝑegre ꝓfectus eſt. E
Cum autē tp̄s fructuū appropin-
quaſſet miſit ſeruos ſuos ad agri-
colas vt acciperēt fructꝰ eius. Et
agricole apprehēſis ſeruis eiꝰ: aliū
ceciderūt: aliū occiderūt: aliū vero
lapidauerūt. Iterū miſit alios ſer
uos plures prioribꝰ ⁊ fecerunt illis
ſil͛r. Nouiſſime autem miſit ad eos
filiū ſuū dicēs. Uerebunt͛ filiū meū.
Agricole autē videntes filium di-
xerūt intra ſe: Hic eſt heres: veni-
te occidamꝰ eū: ⁊ habebimꝰ here-
ditatē eius. Et apprehēſum eū eie-
cerūt extra vineā: ⁊ occiderūt. Cū
ergo venerit dn̄s vinee quid faciet
agricolis illis. Aiunt illi. Malos
male ꝑdet: ⁊ vineā ſuā locabit alijs
agricolis qui reddāt ei fructū tēpo F
ribus ſuis. Dicit illis ieſus. Nūꝗ le
giſtis ī ſcripturis: lapidē quē repro
bauerūt edificantes hic factꝰ eſt in
caput anguli. a domino factum eſt

iſtud ⁊ eſt mirabile ī oculis noſtris.
Jdō dico vobis q₂ auferet̃ a vobis
regnū dei: ⁊ dabit̃ gēti faciēti fruc-
tus eius. Et qui ceciderit ſuper la-
G pide iſtū cōfringet̃. ſup quem vero
ceciderit cōteret eū. Et cū audiſ-
ſent pͥcipes ſacerdotū ⁊ phariſei:
parabolas eiꝰ: cognouerunt ꝙ de
ipſis diceret. Et querētes eū tene-
re timuerunt turbas quoniā ſicut
prophetam eum habebant.

Homo erat paterfamilias qui
plātauit vineā ⁊c. Matt. xxj.
in pn̄ti euā. tāgunt̃ tria pun
cta q̄ ſūt: Locatio: Exactio: ⁊
Exterminatio. ¶ Quātū ad
primū tāgit̃ locatio vinee quā paterfa-
milias locauit malis agricolis. Et quia
euāgelium eſt parabolicum opꝫ ſenſuꝫ
literalem ſumere iuxta tria aſſumptiua
ſignificata dictionū. Xp̄s ergo volēs de-
clarare ꝙ principes ⁊ maiores iudeorū
H erāt occiſuri xp̄m: nō ex ignorātia quaſi
eū non cognoſcerent: ſꝫ ex malitia peccā
tes. ⁊ ꝙ pro tali ac tanto ſcelere merito
erāt perituri: dixit pabolice: (Hō erat pa-
terfamilias). i. deus ſꝫ Chry. Qui hō dr̄
noīe non natura ſimilitudine nō ꝟitate.
Et intellige de deo pr̄e. Pater ꝟo fami-
lias dictꝰ eſt: q₂ vt ait lactātiꝰ: deꝰ hoīes
pro liberis hꝫ: quos ꝑduxit nō ḡnatiōe
ſꝫ creatiōe. (Qui plātauit vineā). i. pp̄lꝫ
iudaicū ſm Hie. quē plātauit i terra ꝓ-
miſſionis trāſlatū de egypto iuxta illō.
Ps. vineā de egypto trāſtuliſti. De hac
vinea dr̄ Eſa. v. Uinea dn̄i ſabbaoth do
mus iſrl̄ eſt. (⁊ ſepē circūdedit ei) ad cu-
ſtodiā vinee. Eſt aūt ſepes huius vinee
ſm Hier. vel murꝰ vrbis vel angeloruꝫ
p̄ſidiuꝫ. Et loquit̃ Hiro. de vrbe regia. i.
hieruſalē: q̄ ſepta muro pōt dici tota vi-
nea ſepta: q₂ ipſa erat caput ⁊ pars p̄nci
palis. ſm Chry. vero eſt cuſtodia ſancto
rū patrū: q̄ ꝓ muro fuerūt illi populo ſꝫ
I Orig. aūt eſt dei cuſtodia: ſed hec cōſue-
uit eſſe ꝑ angelos ſeu medeātibꝰ ange-
lis: maxime ſꝫ Hugo. card. q̄ dicit ꝙ deꝰ
habuit imediataꝫ cuſtodiā pp̄li vſq₃ ad
ꝯflationem vituli: ⁊ abinde eam cōmiſit
michaeli. ¶ Nota tn̄ ꝙ aliud eſt cuſto-
dia: aliud regimē populi. Deus eīm ſm
ſanctū Tho. in. j. ij. regnauit ſup populū
imediate: vſq₃ ad petitionē regis tp̄e Sa
muelis: (⁊ fodit in ea torcular). i. altare
holocauſtorū ſm ſctm̄ Tho. ⁊ Hier. ⁊ for-
te mouet̃ hac rōne. Q₂ ſicut ꝑ torcular.
exprimit̃ ſanguis vuarū. i. vinū ita ꝑ al- B
tare exprimebat̃ ſanguis oſtiaꝝ nō effe-
ctiue ſed finalr̄: q₂ ꝓpter hoc iugulabā-
tur effuſo ſanguine vt in altari offerri
potuiſſent. ſm Hila. ꝟo eſt ꝓphetarū do
ctrina in q̄ magis exprimit̃. i. declaratur
virtus ꝟboꝝ Moyſi in lege ſm Chryſo.
aūt eſt ꝟbū dei: qō hoīem cruciat ꝯtradi
cēte carnis natura. Uerbū aūt dei copio
ſum fuit in pp̄lo: tā vocale q̄ ſcriptum.
(Et edificauit turriꝫ). i. tēplū ſm Chry.
qō in ſcripturis appellat̃ turris. Juxta il
lud Malachie. iiij. Et tu turris nebulo-
ſa filie ſyon. Uel cognitio noīs dei ſm. ſ.
Tho. Uel ſm Hila. in turre eminētia le-
gis exprimit̃ eo ꝙ in celū ꝓueheret: ⁊ ex
ea poſſet quis aduentū xp̄i ſpeculari. (⁊
locauit eā). i. ſub certa mercede cōſtituit
(agricolis). i. Moyſi ⁊ Arō ſm ſanctum
Tho. ⁊ ſucceſſoribꝰ eoꝝ q̄rū erat regere
pp̄lm ⁊ vineā gubernare Chry. Tūc vi- A
neā locauit qn̄ ꝑ legē ꝯſtituti ſunt ſacer
dotes ⁊ leuite: ⁊ ꝓcurationē regēdi pp̄lꝫ
ſuſceperūt. Hec ille. Jntēdūt ergo iſti di-
cere ꝙ dn̄s curā populi ꝯmiſit ſacerdoti
bus hac lege: vt ipſi ſacerdotes ex vinea
id eſt populo haberent decimas ⁊ p̄mi-
tias ⁊ alias oblationes ꝑpales deus ꝟo
haberet in gloriā ſuā opa bona q̄ pro-
duceret vinea mediante ſacerdotū cul-
tura: que ꝯſiſtebat in exhortādo populū
verbo ⁊ edificando exēplo ⁊ adiuuando
orōnis ⁊ ſacrificiū ſuffragio (⁊ ꝑegre ꝓfe
ctus eſt) nō mutādo locū cum vbiq₃ ſit ſi
cut ⁊ vbiq₃ operat̃. ſed ſm Hiero. ⁊ ſctm̄
Tho. relinquēdo vinitoribus liberū ar-
bitriū operandi vel otiandi. Uel ſecūdū
Chry. in homil. peregre profectus eſt id
eſt lōganimitatē habuit: nō ſemꝑ indu-
cens penā pro peccatis eorum. Uel ſm D
Orige. quia dn̄s qui in deſerto vbi legeꝫ
dedit ⁊ locauit vineam cum eis erat in
columna nubis per diem ⁊ in columna
ignis per noctem nequaq̄ poſtea ſimi-



liter apperuit illis. ¶ Jn hac pte eſt do-
cumentū allegorice pro ſacerdotibꝰ no-
ue legis: qō Chry. tangit di. Sicut colo-
nus q̄uis de ſuo munere obtulerit dn̄o
nō ſic eū placat q̄uo ſi de vinea eius re-
B A ditus ei obtulerit: ſic ⁊ ſacerdos non tm̄
ꝓpter ſuā iuſtitiā placet deo quō ſi po-
pulū dei in ſanctitate docuerit q̄m ipſiꝰ
iuſtitia vna eſt pp̄li autē multiplex. Hec
ille. Et nō intendit. Chryſ. ꝙ plus pla-
ceat deo ſacerdos malus faciēs pp̄lm eſ
ſe bonū: q̄ꝫ bonus habens populū ma-
lū: ſed ꝙ deus plus letat̃ in bono popu-
li q̄ꝫ i bono ſacerdotis: q₂ cōtra ſunt me
liora. Jntēdit etiā Chy. ꝙ allegorice iſta
intelligunt̃ dicta de xp̄ianitate: ſicut li-
teraliter de ſynagoga. Huius vinee pal
mites ſunt hoīes quoꝝ aliqui herēt vi-
ti: id eſt xp̄o ꝑ fidē ſꝫ nō fructificant per
charitatē: vt mali xp̄iani. Alij vero nec
herēt nec fructificāt vt heretici ⁊ oēs in-
fideles. Quidā ꝟo herent ⁊ fructificant:
vt ſancti. Sepes eſt angelica cuſtodia.
Torcular eſt crux in q̄ xp̄s eſt calcatꝰ ve
G ra vua nata de vite q̄ eſt virgo Que vua
fuit alba in natiuitate ꝑ puritatē: rubēs
A in cruce ꝑ cruorē: ⁊ nigra i ſepulcro ꝑ mor
tis liuorē. Turris eſt ipſa fides q̄ reſiſtit̃
hoſtibꝰ: ⁊ qua futura ꝓuidemus anteq̄ꝫ
fiant. ¶ Notalr̄ aūt iſta vinea eſt aīa:
vitis potentie: palmites ſunt virtutes ⁊
opa: ſepes liberi arbitriū: torcular timor:
turris ſpes agricola hō: ſerui reqrentes
fructū ſunt p̄lati ⁊ angeli. Jſta vinea ſꝫ
Chry. producit gēmas bonaꝝ cogitatio
nū: ⁊ flores bonaꝝ volitionū: ⁊ fructꝰ bo
naꝝ opationū. Eſt aūt plātata in corꝑe.
Pͥo vt nō deeſſet vniuerſo ſubſtātia q̄
ſimul eēt corꝑalis: ⁊ ſpūalis. Scdō vt ꝑ
corpus acqrat ſciam ⁊ ꝟtutes: q̄bus na
turalr̄ ē ꝓuata: ſic ꝙ hmōi nō hꝫ niſi in q̄-
buſdā pͥcipijs. ⁊ Tertio vt glorificetur
in cōtēplatione deitatis ꝑ itellectū: ⁊ hu
manitatis ꝑ ſenſum. ¶ Quātū ad ſcdm
tangit̃ exactio fructuū a colonis. Ubi ad
uertēdū eſt ꝙ deus a colonis huiꝰ vinee
vt erāt coloni: nihil aliud exigebat q̄ꝫ vt
C populum erudirēt ⁊ tenerēt in timore ⁊
amore dei: inquātū ꝟo erāt q̄daꝫ ꝑſone
exigebat ab eis nō ſctitatem populi ſed
propriam. Ubi ergo tales coloni auerte-
bant a deo nō ſolū nō reddebāt fructum
de vinea: ſed illum negabāt quod peius
eſt: peſſimū autē cedere fructuū exacto-
res. Dicit̃ ergo (Cū aūt tēpus fructuum
appropiquaſſet) Jſtud tp̄s ſꝫ ſan. Tho.
eſt tp̄s ſequēs legē datā ⁊ plantationeꝫ D
vinee in terra ꝓmiſſionis. (miſit ſeruos
ſuos). i. ꝓphas ſm. ſ. Tho. ⁊ Chry. ⁊ Hi-
la. (ad agricolas). i. ad ſacerdotes et re-
ctores pp̄li (vt acciperēt fructus eius. ſ.
Uin. ¶ Eſt autē ſciēdū ꝙ fructꝰ iſti expe
ctati a dn̄o de vinea: vt dictum eſt nihil
ſunt aliud q̄ꝫ timor ⁊ amor pp̄li ad deū
iſti āt potiſſimū dp̄edebāt a ſacerdotibꝰ
Un̄ Chry. ſacerdotiū aſſimilat ſtomacho
q̄ lāguēte infirmant̃ oīa mēbra: ⁊ radici
q̄ vitiata palleſcūt folia. ¶ Ad hoc ergo
ꝙ iſta vinea fructificaret ſꝫ beneplacitū
dei reqrebat̃. Primo ꝙ ſacerdotes eſſēt
in ſe boni ⁊ iuſti. Scdō ꝙ docerēt popu-
lū in via veritatis arguēdo quo ad ma-
la. ⁊ exhortādo quo ad bona verbo ⁊ exē
plo. Tertio ꝙ orarent ⁊ ſacrificarēt pro
illo. Qn̄ ergo ꝓphe arguebāt ſacerdotes
in aliquo hoꝝ triū negligētes: exigebāt
ab eis fructū vinee inde depēdentē. Hoc
aūt fecerūt multi ex primis prophetis: E
ſed fuerūt male tractati. Un̄ ſequit̃ (agri
cole aūt). i. rectores populi (apprehenſis
ſeruis eius aliū occiderūt: aliū ꝟo lapi-
dauerūt). Nā ſm Hier. Hieremias fuit
ceſus. Eſaias occiſus: imo vt tradūt he-
brei fuit tāq̄ꝫ lignū ſerratꝰ ad p̄ceptū re
gis Manaſſe. ⁊ zacharias lapidatꝰ iter
tēplū ⁊ altare ad preceptū. ſ. regis Joas:
vt pꝫ. ij. Paral. xxiiij. (Jterū miſit alios
ſeruos plures p̄oribꝰ) q₂ ſm Hila. poſt p̄
dicationē p̄moꝝ ꝓphetaꝝ: dn̄s magnuꝫ
prophetarū numerum miſit. Nō vt pꝫ
ex libris Regū: erāt in pp̄lo dei ꝓpheta
rū collegia ſicut mō ſunt i ſctā eccl̄ia mo
naſteria religioſoꝝ. Et ſic deꝰ nō abſtu-
lit ab eis ſuā miam ꝓpter occiſionē pri-
moꝝ ꝓphetaꝝ: ſꝫ auxit ſm Chry. ⁊ au-
cta dei mia augebat̃ iudeoꝝ malitia. Un̄
vt idē dr̄: ꝯ dei clemētiā malignitas hu
mana certabat. Hec ille. Jdō ſequit̃ (⁊ fe-
cerūt illis ſimiliter.) Quidā tn̄ vt Rab. vo F
lūt ꝑ p̄mos ſeruos poſſe itelligi moyſen
⁊ Aaron qui ceſi fuerūt lingue flagello:
per ſecundos vero prophetas. Sed iſta

expoſitio nō multū cōgruit textui (nouiſ
ſime aūt miſit ad eos filiū ſuū dicēs.) Chr.
in homil. Quare aūt non cōfeſtim miſit.
Ut ex his inq̄t q̄ ad alios fecerāt ſeipſos
G accuſarēt, ꝛ furorem dimittētes verecū
ſpoliauit ⁊ vulnerauit. Et lꝫ tūc ita fece
rit: tñ vt dicit Magr̄ hiſt. multos demo=
nes eijciebāt: inuocato nomine xp̄i. Iſti
etiā viuēte xp̄o ſic faciebāt. Vñ đr Luc.
ix. q̄ apl̄i viderūt quēdā in noīe xp̄i eij=
cientē demonia: q̄ tñ nō adherebat xp̄o.
¶ Tertio exorciſte exercētes exorciſmos
Salomonis: ⁊ p̄ illos demones fugātes
maxime ſi radix cuiuſdā herbe ponebat̄
in narib⁹ obſeſſi. Unde ⁊ Ioſeph⁹ dicit:
tempore quo Veſpaſianus iudeā vaſta
bat: ſe vidiſſe quēdā exorciſtā captū: et
ad Veſpaſianū adductū q̄ annulū ſub
I cui⁹ gēma radix erat poſuit in naribus
cuiuſdam obſeſſi ⁊ adiurauit demonē ⁊
egreſſus eſt. Ut aūt p̄baret eiectum de=
monē: poſuit peluim plenā aqua in me=
dio ⁊ adiurauit demonē vt ſubuerteret
peluim: qđ ⁊ fecit. Et lꝫ aliq̄ñ iſti exorci=
ſte eſſent illi: net qui inuocabāt xp̄i no=
men: vt facilius eijcerent: ſicut Magr̄.
hiſt. dicit tñ nō eſt abſonū quin ⁊ alij vt
K pote magi vel curioſi hoc facerēt. Eſt er
go ſcđa rō talis. Multi eijciunt demo=
nes in noīe meo: vt de manifeſtū eſt in
meis apl̄is ⁊ in veſtris exorciſtis ⁊ ma=
gis: ergo multo magis ego poſſum illos
mea virtute expellere. Cyril. Qm̄ alij in
noīe meo ſathanā cōterunt: q̄uō non hꝫ
multā amentiā dicere me a beelzebub
hr̄e virtutē. Hec ille. Vel ſm. ſ. Tho. ſic
formatur ratio iſta. Multi eijciūt demōes
in noīe meo: ⁊ tñ illis nō detrahitis dicē
do q̄ v̄tute demonis hoc faciāt ergo ne=
q̄ de me debetis hoc dicere vel ſuſpica=
ri. Ait ergo. (ſi aūt ego in beelzebub eij=
cio demonia) vt dicitis (filij vr̄i). i. apl̄i
ſm Chry. ⁊ Hiero. quos dicit eorum fi=
lios q̄r de iudeis ſm carnē ſunt exorti:
non autē eos dicit apl̄os ſm Chry. ⁊. s.
Tho. volēs eoꝝ mulcere furorē. vel filij
veſtri. i. exorciſte a vobis nati ſꝫ eoſdē:
vel filij veſtri. i. oēs iudei eijciētes demo
L nes: etiam ſi nō erāt exorciſte (in quo). i.
virtute cuius (eijciūt) q̄ſi diceret ſm Cy=
rillū. Cōſtat q̄ virtute mea eijciūt. Vel
q̄ſi diceret. ſm. ſ. Tho. Cōſtat q̄ nō dicū=
tur eos eijcere virtute diaboli: ſicut dici
tis de me p̄pter inuidiā ⁊ liuorē (idō ipi
iudices vr̄i erūt.) Apl̄i quidē erūt eorū
iudices in iudicio autoritate ⁊ p̄tāte ſm
ſ. Tho. q̄r cū xp̄o iudicabūt. ſꝫ eorū exor=
ciſte vel magi erūt eoꝝ iudices: nō pote=
ſtate ſꝫ ꝯparatione: ſm Bed. dū illi ex=
pulſionē demonū aſcribūt deo ⁊ virtuti
noīs xp̄i: phariſei aūt aſcribūt beelzebub.
Facta aūt rōne ſua xp̄s ⁊ p̄bata ꝯcluſio
ne iā duab⁹ rōnibus infert corollarium
vnū dicēs. (Si aūt) ſi p̄ q̄r (i digito dei. i.)
ſpūſctō ſm Aug. de conſen. euā. q̄ p̄bat
q̄ p̄ digitum intelligit̄ ſpūſſctūs. q̄r vbi
Luc. dicit ſi in digito dicit Mat. ſi in ſpū
M ſancto q̄ idō dicit̄ digitus ſꝫ eundē ibidē:
q̄r partit̄ dona ſua hoībus ⁊ angelis: par
titio aūt magis in digitis q̄ in alijs nr̄is
mēbris apparet. Vel ſm Cyril. ideo eſt
q̄r filius dict⁹ eſt brachiū ⁊ manus: eo q̄
p̄ filiū operat̄ pater. Vñ eodē mō cū fili⁹



p̄ ſpm̄ſctm̄ operet̄ dicit̄ digitus originē
ducēs a filio: ſicut digitus a manu. Di=
cit aūt xp̄s ſe virtute ſpūſſancti expelle=
re demones ſm Athana. p̄pter ſuā hūa
A nitatē: q̄ ex ſe demones expellere nō poſ
ſet. Dicit̄ ergo. (Si i digito dei). i. in virtu
te ſpiritusſancti (eijcio demones) iperan
do p̄pria autoritate: vt pꝫ ⁊ p̄baui (p̄=
fecto p̄uenit in vos regnū dei). i. xp̄s ſm
Cyril. ⁊. ſ. Tho. q̄ erat rex ⁊ p̄dicator re=
gni dei in q̄ debebat eſſe deitas p̄ quā il
le homo expellere demones iperatiue et
nō deprecatiue. Vel per regnū dei ſm. ſ.
Tho. intelligit̄ dñium dei ſup cordibus
hoīm ſuppeditato diabolo. ¶ Et nota q̄
ſꝫ. ſ. Tho. iſta repulſio fiebat a tota tri=
nitate: ſꝫ tñ attribuit̄ ſpūiſctō q̄r ei etiā
attribuit̄ bonitas ad quā vr̄ p̄tinere ex=
pulſio inimici obſidētis aīam. ¶ Tertia
aūt ratio tāgit̄ ibi (cū fortis armat⁹.) Ad
cuius intellectū ſciēdum eſt q̄ diabolus
ante xp̄i aduentū dñs huius mūdi dice=
bat̄ Io. xiiij. Venit princeps mūdi huius
⁊c. Et hoc idō q̄r tyrannidē exercebat i oēs
B hoīes ⁊ oēs ad infernū captiuos duce=
bat: ⁊ etiā tentādo facili⁹ ſupabat q̄ tē
pore gratie. Chriſtus autē venit in hūc
mūdū pugnare cū eo per gladiū ſctē p̄=
dicationis expellēdo eū de audiētiū cor
dibus: ⁊ ēt de corpibus virtute ſue diui=
nitatis. Expellēdo aūt xp̄s diabolum de
corde expellebat nō ſolū inferiores: ſꝫ ēt
ſupiores demones oīs et beelzebub et
alios: q̄r iuſtificabat hoīes p̄ gratiā cum
qua in corde hoīs: nullus poteſt demon
habitare. Qđ aūt oēm diabolū expelle=
ret ab aīa teſtabant̄ opera eorū quos ſa
nabat. q̄r q̄ātūcunq̄ fuiſſent flagitioſi vi
debant̄ poſtmodū bñ opantes. Eſt ergo
ratio talis. Ego ſum fortior beelzebub:
q̄r expello eū ⁊ oēs demones a cordibus
hoīm ergo opa mea nō ſunt p̄ virtutem
beelzebub ſꝫ per fortiorē. i. diuinā. Hāc
C ergo rōnē tangit dicens (Cū) ſupple hō:
(fortis). i. diabolus ſignificatus p̄ hoīem
fortē ſꝫ oēs ſctōs: rōne cōueniētie in in=
tellectu: ⁊ rōne ſue magne potētie (arma
tus) telis oīm pctōꝝ ſm Theo. ⁊ q̄bus tē
tat vel armatus aſtutia ⁊ dolo ⁊ nequi=
tia ſm Bedam (cuſtodit atrium ſuum)
i. hūc mundum ſm Bed. quem cuſtodit
nō vt canis gregē ſed vt lupus predam
ad deuorandū. ſ. (in pace ſunt ea q̄ poſſi
det). i. ſine ꝯtradictione dominet̄ hoīb⁹.
Cyril. Erat autē ante ſaluatoris aduen=
tum violētia multa rapiēs alienos gre=
D ges. ſ. dei ⁊ quaſi ad p̄priū ducēs ouile.
Hec ille. (Si aūt fortior illo ſuperueniens
vicerit eū) p̄pria virtute ſicut ego facio
(vniuerſa arma eius auferet in quibus
ꝯfidebat) illuminādo corda ſciētia dei
ſm Cyril. vel p̄hibēdo pctā p̄ ſuam ex
hortationē ⁊ grām: vel reprimēdo potē
tiā eius ne tantū poſſit ꝯtra gen⁹ huma
nū vt prius ſm mentē Theop. (⁊ ſpolia
eius diſtribuet.) Spolia q̄ diabolo chri=
ſtus rapuit ſunt ſancti q̄ erāt in carcere
lymbi: de q̄bus dicit̄ in pſalmo. Aſcēdēs
xp̄s in altū captiuā duxit captiuitatē.
Hos ergo ſublatos de faucibus diaboli
diſtribuit diuerſis ordinibus angeloꝝ
vt eos haberēt ꝯciues. Vel ſunt ipſi iuſti
q̄ fuerūt pctōres quos eccl̄ijs diſtribuit
in paſtores ⁊ doctores. Vñ ibidē ſubdit̄:
Dedit dona hoīb⁹. Bed. Victor xp̄s ſpo=
lia diſtribuit: qđ eſt in ſigne triūphātis:
E q̄r captiuā ducēs captiuitatē dedit do=
na hoībus: quoſdā q̄dā apoſtolos: alios
aūt euāgeliſtas: hos p̄phetas: illos pa=
ſtores ordinās ⁊ doctores. hec ille. Quar
ta rō tāgit̄ ibi (q̄ nō eſt mecū ⁊c.) ⁊ eſt cō=
firmatio p̄cedētiū rationū. Poſſet eñ alī
q̄s dicere: q̄ idō xp̄s ſuperauit fortem: et
ſpoliauit armis: q̄r ille ſic voluit cū eſſet
eius amicus. Sed contra arguit ſic xp̄s.
Quicūq̄ ſunt ꝯtrariaꝝ volūtatū ⁊ ꝯtrariaꝝ
actionū non ſunt ꝯcordes ⁊ amici. Sed
ego ⁊ beelzebub habem⁹ ꝯtrias volunta
tes ⁊ actiones. q̄r ego diligo bonā vitā ⁊
charitatē ⁊ ad illā colligo hoīes quātū
poſſum: ille aūt appetit malā vitā ⁊ odiū
⁊ diſpergit hoīes ab vnitate dilectionis
quātū pōt. Hāc ergo tāgit dicēs. (Qui
nō eſt mecū) per ꝯcordiā volūtatis: ſm
Chry. (ꝯ me eſt) ſiue eſt cōtrarius ⁊ ini=
micus meus: (⁊ q̄ nō colligit mecū) hoīes
ad fidē verā ⁊ dilectionem: iuxta ſuum
F modū ⁊ poſſe (diſpergit) p̄ falſas opinio=
nes ⁊ odia. Cetera q̄ ſequunt̄. ſ. cū immū
dus ſpūs ⁊c. ſunt ſupra expoſita. Sed ꝯ
iſta vr̄ eē qđ đr Mat. ix. Qui nō eſt ꝯ vos
eſt p̄ vobis. Nam ibi loquit̄ ſaluator de

quodā eiciente demones in noīe xp̄i. q̄ tñ nō adherebat apoſtolis: ⁊ credit fuiſſe malus: qꝛ aplī ꝓhibuerūt eū expellere demones in noīe xp̄i: vt ibi dꝛ. Iſte er
G go nō erat cū xp̄o qꝛ erat malꝰ: ergo erat ꝯtra xp̄m per ea q̄ hic dicunt. Ergo non erat ꝓ xp̄o ꝯtra ea q̄ dicunt Mar. ix. Ad hoc dico ꝙ qñ dicit ille nō erat cum xp̄o cum eſſet malus: negat hoc. Dico eñ ꝙ erat cum xp̄o quantū ad ſubſtantiā operis: qꝛ bona opabat: ⁊ ſic nō erat ꝯ xp̄m ſed ꝓ xp̄o. Nō aūt erat cū xp̄o quātū ad intēſionem: ⁊ ſic erat ꝯ xp̄m. Et qñ dixit xp̄s ꝙ erat pro ſe: intelligit quantū ad ſubſtātiā operis. ¶ In hac pte eſt documentū morale: ꝙ nō eſt mirādū ſi inter dū iuſtis bene operātibꝰ detrahat: peruertēdo intētionē aut modū faciēdi qñ ipm opus puerti nō pōt. Sic eñ accidit capiti nr̄o xp̄o vt dꝛ in preſenti euangelio: qꝛ bona opabat: ⁊ dicebāt q̄dā hec eſſe ꝟtute diabolica: Contra tales dicit Aug. de occultis alieni cordis temere iudicare pctm̄ ē. Etem̄ cuiꝰ opa nō vident niſi bona iniquum eſt ex ſola ſuſpitione reprehēdere. Hec ille. Eſt ⁊ aliud. ſ. ꝙ debemus eſſe vigiles et obſeruatores nr̄i:
H qꝛ ex illo ꝟbo principe demonioꝝ ⁊c. ⁊ ex illo cū fortis armatus ⁊c. colligitur ꝙ eſt vnꝰ demō p̄nceps alioꝝ: q̄ ordinat alios ad pugnā ꝯ nos. Et ſm ꝙ ex varijs locis ſcripture colligit: ipe: q̄dē vocat lucifer: ⁊ pre eſt ſupbie. vt pꝫ Eſa. xiiij. et ſub ſe hꝫ alios principes. ſ. aſmodeū: q̄ p̄eſt luxurie: vt pꝫ Job. iij. ⁊ māmona q̄ auaritie: vt pꝫ Mat. vj. ⁊ beelzebub. i. vir muſcarū qui p̄eſt muſcis malaꝝ cogitationū: odij ⁊ rācoris. Cū igit̄ i ſcp̄turis diabolus dicat ſerpēs: iſti quatuor principes expellunt eo mō quo ſerpēs Qui expellit p̄io p odorē vinee q̄ ſignificat humilitatis odorē: fugantē luciferū. Scd̄o p ſputū ieiunātis: qd̄ ſm Ambr. i hexa. eſt venenū ſerpentis ⁊ ſignificat carnis mortificationē. q̄ fugat aſmodeꝰ. Et ter
I tio p hoīs denudationē: qꝛ vt dicit hiſt. ſcholꝰ. ſerpēs veſtitū hoīem inuadit: nudū fugit. ⁊ ſignificat pauptatē ⁊ ꝯtēptū tēporaliū quo fugat māmona. Et quarto p carmina incātatoris q̄ eum mouet vt vult. Vñ cū ſentit ſe incātari claudit aurē vnā terra ⁊ aliā cauda. Iuxta illꝰ Pſal. Sicut aſpidis ſurde ⁊c. ſignificat iſta incātatio abſolutionē ſacerdotis q̄ expellit beelzebub. Et qꝛ diabolꝰ ſcit ſe p ꝯfeſſionē ⁊ abſolutionē expelli: idō ipaꝫ cōfeſſionē nitit ipedire ad ſimilitudinē
lupi q̄ nō capit ouē. i. hoīem p pedē: qꝛ eū dimittit eccleſiā adire. neq̄ p aurē: qꝛ eū ꝟba dei pmittit audire neq̄ p manū: qꝛ dimittit eū eleemoſynas facere: ſꝫ p guttur ne poſſit ꝯfeſſionē emittere. Hꝫ autē ſm ſctōs diabolus alios p̄ncipes preter iſtos varijs iniq̄tatibꝰ pfectos: ſꝫ de eis non ita clare exprimit in libris ſanctis. K
¶ Quātū ad tertiū tangit ꝯminatio facta incredulis iudeoꝝ. ⁊ pꝫ iſta ps ex his q̄ dicta ſūt feria. iiij. poſt. j. dn̄icā. xl. vſq̄ ibi [factū eſt aūt ⁊c.] Scribis eñ ⁊ phariſeis dn̄m tētātibꝰ ⁊ blaſphemātibꝰ q̄dā mulier ad eoꝝ cōfuſionē publice ⁊ alte laudauit xp̄m: adeo vt mr̄eꝫ eius beatā ex filij ſctitate diceret ⁊ p̄dicaret. Eſt aūt ſciēdū ꝙ ſm ſctōs doctores iſta dꝛ fuiſſe btā Marcella pediſſeq̄ Marthe ſororis marie magda. ⁊ Lazari. Ex q̄ ſeq̄t ꝙ irrationabile nō ē magdalenā iterfuiſſe huic p̄dicationi: ⁊ in ea ſm aliq̄s fuiſſe ꝯuer- L
ſam. Vñ ⁊ magi. hiſt. dicit ſm q̄ſdā dn̄m fuiſſe tūc iuitatū a Symone phariſeo in nazareth: ⁊ magdalenā ad eum lachrymis ſuffuſam veniſſe. Sꝫ iſta certa non ſunt q̄ de magdalena dicunt: ſꝫ rōnabilius ē ꝙ in hierlm̄ fuerit ꝯuerſa: lꝫ huic ſermoni potuerit itereſſe: qꝛ iā eiꝰ ꝯuerſionē Luc. recitauerat. Dicit ergo: [Factū eſt: cū hec diceret] cū gr̄a ppl̄i in cōfuſionē phariſeoꝝ [extolleñs vocē] i altū vt clare ab oībꝰ poſſet audiri [q̄dā mulier] ſexu q̄dē femia ſꝫ aīo virilis [de turba] q̄ exultabat in gl̄ia xp̄i iuidos ꝯfutātis dixit illi. [Btūs vēter q̄ te portauit: ⁊ vbera q̄ ſuxiſti.] Sicut āt dicit Beda ſicut xp̄s tūc ꝯfutauit iudeos xp̄ꝫ dei filiū negātes: ita h̄ ꝯfutat nūc hereticos q̄ dixerūt eū carnē nō ſumpſiſſe de mr̄e. Si eñ inq̄t eſt eiꝰ lacte nutritꝰ: q̄re negatur eiꝰ ſemie ꝯceptꝰ: cū ex eodē fonte ſꝫ phyſicos vterq̄ humor emanare pbet. Hec M
ille. Per ſemē tñ Beda ſanguinē ſiue materiā generationi neceſſariā accipit. Virgo eñ nō ex ſemine ſed ex ſanguine cō



cepit puriſſimo: vt pꝫ. iij. p. q. xxxj. art. v. [At ille dixit: Quinimo: beati q̄ audiūt verbū dei ⁊ cuſtodiūt illd̄.] Et in hoc ſm Chry. nō repudiat matrē: ſꝫ oñdit nō ei
A pfuiſſe: ſi fuiſſet mater ſine iuſtitia ⁊ ſctitate. ¶ In hac pte eſt documentū lr̄ale: qd̄ tāgit Chry. d. Si Marie non ꝓderat ſine dotibus anime chriſtū ab ea ortum traxiſſe: multo magis ſiue patrē ſiue matrē ſiue fratrem ſiue filiū virtuoſum habeamus: nos aūt abſiſtāmꝰ ab eiꝰ virtute nequaq̄ hoc ꝓdeſſe valebit. hec ille.

Feria. ij. poſt dn̄icā. iij. quadra.

Textus euange. Luc. c. iiij.

QUātā audiuimꝰ facta in capharnaum: fac et hic in patria tua. Ait autē: Amē dico vobis qꝛ nemo ꝓpha acceptꝰ eſt in patria ſua. In veritate dico vobis: multe vidue erāt i diebꝰ he-
B lie in iſrl̄. qñ clauſum eſt celū annis tribꝰ ⁊ mēſibus ſex: cū facta eēt fames magna ī oī terra: ⁊ ad nullam illarū miſſus eſt helias niſi in ſareptā ſydonie ad mulierē viduā. Et multi leproſi erāt in iſrl̄ ſub heliſeo propheta: ⁊ nemo eoꝝ mūdatꝰ eſt niſi naamā ſyrꝰ. Et repleti ſunt oēs in ſynagoga ira hec audientes. Et ſurrexerūt ⁊ eiecerūt illū extra ciuitatē: ⁊ duxerūt illū vſq̄ ad ſupcilium mōtis: ſup quē ciuitas illorum erat edificata: vt p̄cipitarēt eum: Ipe āt trāſiēs p mediū illoꝝ ibat.

QUāta audiuimꝰ facta in capharnaū ⁊c.] Luc. iiij. i p̄nti euang. tangūtur tria pūcta q̄ ſunt: Inuitatio: Excuſatio. Indignatio. Quātum ad primū tangitur inuitatio quaꝫ fecerūt xp̄o ſui ꝯpatriote ad ꝓdigia faciēda
C pro hoc ergo aduertēduꝫ eſt: ꝙ iſtā inuitationē nō fecerūt phariſei ore: ſꝫ corde. Nā ſaluator cū igreſſus fuiſſet ſynagogā ſabbo i nazareth dederūt ei librū ad legēdū: i q̄ legit ꝓphetiā Eſa. lxj. Spūs dn̄i ſup me ⁊c. Et cū legiſſet eam: poſtea ſedit: dixitq̄ illā in ſe ꝯpletā. ⁊ oculi omniū erāt verſi ad eū: ⁊ valde gratioſe p̄dicauit: ita ꝙ vt dicit Lucas [oēs dabāt teſtimoniū: ⁊ mirabant i ꝟbis gr̄e q̄ ꝓcedebāt de ore eius.] Dicunt aūt xp̄i ꝟba D
eſſe ꝟba gr̄e. P̄io originaliter: qꝛ erāt a gr̄a Eſa. c. lxj. Spūs dn̄i ſup me ꝓpt ea ꝙ vnxit me euāgelizare paupibꝰ miſit me: ⁊ h̄ ſm trāſlationē. lxx. iterp̄tū. Scd̄o materialiter: qꝛ erāt de gr̄a. Vñ dꝛ ibidē. Predicare captiuis idulgētiā ⁊c. Tertio formaliter. qꝛ erant gratioſa Jo. vij. Nū q̄ ſic locutus eſt hō p̄s. Diffuſa eſt gr̄a in labijs tu. Quarto finalr̄: qꝛ erāt ꝓpt gr̄am habēdā Joā. xiij. Iā vos mundi eſtis ꝓpt ſmonē quē locutꝰ ſum vobis. Quito cāūter qꝛ erāt gr̄e collatiue. Joā. vj. Verba q̄ ego loquor ſpūs ⁊ vita ſunt. Multi āt ſunt q̄ habēt q̄dā gr̄am ꝟboꝝ: qꝛ ſunt eloquētes: ſꝫ nō ꝟba gr̄e. i. gr̄a ⁊ ad gr̄aꝫ ordiata. Cōtra q̄s. Eph. iiij. Ois ſermo malꝰ de ore veſtro nō ꝓcedat: ſꝫ ſi q̄s bonꝰ eſt ad edificationē fidei. vt det gr̄am audiēti. (Et dicebāt: Nōne hic ē fi- E
lius Joſeph) Et ait illis. Vtiq̄ dicetis mihi hāc ſilitudinē: medice cura teipſum. ¶ Eſt aūt notādū ꝙ xp̄s aſſimilat ſe medico corporali ſanāti corpa p naturales medicinas qꝛ ipſe fuit vere medicꝰ corporis ⁊ aīe habēs mltas medicinas. Nā medicatiua ſunt p̄io eius ꝟba. Eſa. lxj. Ad annūtiādū māſuetis miſit me: vt mederer cōtritiſ corde: q̄ ad aīaꝫ. ſ. Et Mat. viij. Dic tm̄ ꝟbo ⁊ ſanabit puer meus: q̄ ad aīam. ſ. ⁊ corpꝰ ſiml̄ qꝛ neutrū ſine altero ſanabat maxime corpꝰ ſine aīa: qꝛ p̄ncipalit erat medicꝰ aīarū. Et ſcd̄o eiꝰ veſtimēta. Matt. ix. Si tetigero fimbriā veſtimēti eiꝰ: ſalua ero. Erat eñ in eius hūanitate ꝟtus deriuata a deitate ⁊ in veſtibꝰ ac verbis: ⁊ forte in oībus corporibꝰ medijs inter ipm ⁊ ifirmū quēlibet ab eo curādū. Et tertio eiꝰ amortā actiue q̄ paſſiue. Eccl̄i. vj. Amicus fidelis medicamentum vite et immortalitatis. Et quarto eiꝰ dolor. Eſa. liij. diſciplina F
pacis nr̄e ſup eū: cuiꝰ liuore ſanati ſumꝰ Et quinto eiꝰ caro. Matth. viij. Tetigit eū dicēs. Volo: Mundare. Et ſexto eius aſpectus. Luc. xxij. Reſpexit Petrum et

ſleuit amare. Quedā tñ horum ſanabāt
meritorie vt ſu⁹ dolor. quedā effectiue:
vt ſua caro ⁊ veſtis. ⁊ quedā vtroqꝫ mō:
vt cruor paſſionis: vt diffuſe in die reſur
G rectiōis in digreſſiōis ꝑtractabit᷑.(Quā
ta audiuim⁹ facta in capharnaum: fac ⁊
hic in pr̄ia tua.) Ex quib⁹ pꝫ ꝙ non in-
uitauerunt eū ſui cōpatriote: ſed inuita
re volebāt: ipſe vero aſſumpſit verba q̄
illi dicere volebant: ⁊ ea ꝓtulit ore ſuo.
¶ Etiā ſciendum eſt: ꝙ vt quidā dicunt
cōciues ei⁹ non voluerunt iſta dicere il-
la die qñ ꝓphetiā legit: tunc eñ libenter
audiuerunt illū: ſed alia die. Nā ſalua-
tor frequēter ibat vt euangeliſte dicunt
capharnaum: ⁊ redibat in nazareth: ſed
in capharnaū faciebat mirāda: ⁊ non in
nazareth: ꝓpter qḋ quadā die ceperunt
deſpicere eum ⁊ dicere. Nōne hic eſt fi-
lius Joſeph ⁊c. Quidā tñ alij dicunt qḋ
eadē die factū eſt: ⁊ qḋ dicit᷑. Oēs teſtimo
niū illi dabāt. i. laudabāt eū intelligen-
dū eſt: ꝙ oēs. i. maior pars. Qḋ vero ſe-
quit᷑ ⁊ dicebāt: nōne ⁊c. intelligendū eſt
ꝙ quidā inuidi ſic dicebāt. Qualitercūqꝫ
aūt fuerit dicit tñ eccleſia phariſeos id
H dixiſſe qḋ dicere cogitabant. Dicit᷑ ergo
(dixerunt). i. dicere voluerūt: ſed xp̄s eos
preoccupauit: dicēdo id qḋ illi dicere vo
lebant (phariſei) inuidi. (ad ieſum. Quā
ta) miracula (audiuimus facta per te in
capharnaū) que erat ciuitas principalis
galilee (fac ⁊ hic in patria tua) vbi eſt nu
tritus. Et hoc eſt idem qḋ dicere medice
cura teipſum. i. ſi faceres vera miracula
vt dicit᷑ libenti⁹ ea deberes facere inter
tuos q̄ꝫ inter extraneos: ſicut ⁊ medicus
magis de ſe et de ſuis q̄ꝫ de alijs curat.
Et ſic ſm̄ aliquos detrahebāt eius mira
culis: ſm̄ alios tñ hoc dicebant volentes
vt honoraret patriā ſuā: ⁊ vt ipſi quoqꝫ
poſſet videre q̄ audiuerāt ꝑ famā. ¶ In
hac parte eſt morale documentū ꝙ deus
dat gratias ſuas varie: ſm̄ varias ani-
morū preparationes. Eſt eñ tanq̄ꝫ ſol
qui tantū illuminat quantū aperis fene
I ſtrā. Et ſi dicas. Nā poſſum me diſpone-
re niſi ille dederit. Dico ꝙ verum eſt ſed
iſpe ſemꝑ eſt paratus te adiuuare ⁊ nul
li deficit: ſꝫ nolum⁹ ꝯſentire ei⁹ motioni
Apo. iij. Ego ſto ad oſtiū. ſ. cordis: ⁊ pul-
ſo. Et lꝫ ipſe poſſet ſi vellet tuā volūta-
tē mutare: tñ vult ꝙ libere ei aſſentias:
q̄ꝛ hoc req̄rit nature tue volūtatis: ſicut
vult ignē calefacere. q̄ꝛ hoc req̄rit ſua na
tura. Ideo ait Augu. Qui fecit te ſine te
non ſaluabit te ſine te. Hec ille. Et intel-
ligit᷑ ꝙ non ſaluabit te ſine te cōſentiēte:
q̄ꝫuis ſaluet te ſine te ſaluante. ¶ Quātū
ad ſcḋm tangit᷑ excuſatio quā fecit ſalua
tor: ⁊ intēdit dicere ꝙ non iō nō facit mi
racula: q̄ꝛ non poſſit: aut q̄ꝛ ꝯtēnat pr̄iaꝫ
ſed q̄ꝛ ipſi erāt indiſpoſiti. Dr̄ ergo. (Ait
aūt: amē). i. vere (dico vobis: q̄ꝛ nemo ꝓ
pheta accept⁹ eſt in patria ſua.) Cyrill⁹
q. d. Multis multa ꝓdigia inter vos a me
fieri penes quos ſum nutrit⁹. ſꝫ nō latet
me q̄dā cōis q̄ cūctis accidit paſſio. Cōtē
nunt᷑ eñ quodāmō ſemꝑ ēt optima q̄ꝫ:
qñ nō raro ꝯtingūt alicui ſꝫ ſuppetūt ad
velle ⁊ ſic etiā ꝯtingit in hoīb⁹. Familia
ris eñ q̄ ſemꝑ p̄ſto eſt debita reuerētia
priuat᷑ a notis. Hec ille. Probat aūt ſal-
uator ſn̄iam ſuā duplici exēplo ſcriptu-
re: cum ſubdit᷑.) In veritate dico vobis,)
Iſte modus loquēdi eſt iuramētū: ſi intē
tio loquētis ſit ipſam primā veritatē in
uocare vt ſit ſenſus. In veritate. i. in deo
vel ꝑ deū ſeu ſm̄ deū dico vobis. Pōt ēt
nō eſſe iuramentū ſi nō prima veritas q̄
de⁹ eſt: ſed ipſa veritas in cōi accipit᷑: vt
ſit ſenſus: vere dico vobis. Et vtroqꝫ mō
hic pōt accipi: ſed tñ credo ꝙ ſaluator nō
iurauerit: q̄ꝛ nō erat neceſſe: cū ea q̄ dice
bat cōſtarēt ex ſcripturis. (Multe vidue
erāt in iſrael). i. in populo in quo helias
erat nutrit⁹ ⁊ nat⁹: (in dieb⁹ helie). i. in
quibus helias hic cum hoīb⁹ cōuerſaba
tur. Chry. Helias terreſtris angel⁹ cele-
ſtis hō q̄ nec tectū nec mēſaꝫ nec amictū
hēbat vt multi: clauē celoꝝ gerit i ligua.
Hec ille. Uñ ſequit᷑. (Qñ clauſum eſt ce-
lū) ad oratione Helie. iij. Reg. xvij. (⁊ fctā
eſt fames in oi terra) Baſi. Ut eñ aſpe-
xit helias ⁊ ſatur. tate: nō modicū genera
ri opprobrium: per famē illis ieiunium
attulit quo culpā eoꝝ q̄ in imenſum cre
ſcebat: cohibuit. Corui aūt facti ſunt iu-
ſto ſibi miniſtri: q̄ ꝯſueuerāt alioꝝ pabu
la vſurpare. Hec ille. (Et ad nullā eaꝝ)
viduarū q̄ erant de populo ſuo (miſſus
eſt helias) qñ fuit cōpulſus exire deſer-
tum: ⁊ hoc



tū: ⁊ hoc ꝯtū ex ſcriptura habet᷑: ſm̄ quā
loquit᷑ ſaluator. Sicut eñ habet᷑ vbi ſu-
pra cū helias lateret in quodā torrēte a
facie regis iſrael: ibi paſcebat᷑ a coruis
A ⁊ bibebat aquā torrētis: ſed eo exiccato
dñs miſit eū ad quādā viduā gentilē de
notiorē viduis iſraeliticis. Ideo ſubdit᷑.
(Miſſ) ꝑ ſed (in ſareptā ſydonioꝝ). i. ad
quādā ciuitatē vel terrā gētiliū (ad mu
lierē viduā) Hoc etiā vt dicit Chry. fa-
ctū fuit nō ſolū ꝓpter vidue hui⁹ fidē ⁊
deuotionē: ſꝫ ēt diuina miſericordia: vt
ſcꝫ helias dū lōga ſpatia terraꝝ trāſiret
videret mūdi calamitatē: ⁊ pluuiā a do
mino poſtularet. (Et multi leproſi erāt i
iſrael ſub heliſeo ꝓpheta). i. in dieb⁹ heli
ſei (⁊ nemo eoꝝ mūdat⁹ eſt) ab heliſeo:
(niſi naamā ſyr⁹) q̄ ſcꝫ: non erat de ꝑplo
heliſei. Et i oib⁹ his vult ſaluator iſferre
ꝙ ipſe nō faciebat ipſis miracula: q̄ꝛ nō
habebāt ad eū debitā reuerētiā ⁊ deuo-
tionē ⁊ fidē imo ei inuidebāt. Uñ dicitur
Marci. vj. Et nō poterat ibi virtutē vllā
facere. Nō poterat inquā ſm̄ cōgruētiā:
B q̄ꝫuis potuiſſet abſolute. ¶ In hac parte
eſt morale documētū: q̄ꝫtū malū ſit inui-
dia. Amb. Hoc aūt exēplo declarat᷑ ꝙ fru
ſtra opē miſericordie celeſtis expectes: ſi
aliene fructib⁹ virtutis inuideas. Aſper
nator eñ de⁹ inuidoꝝ eſt: ⁊ ab his q̄ diui
na bñficia perſequunt᷑ in alijs: miracu-
la ſue poteſtatis auertit. Dñice quippe
carnis act⁹ diuinitatis exēplū eſt: ⁊ inui
ſibilia ei⁹ nobis ꝑ ea q̄ ſunt viſibilia de-
monſtrant᷑. Uidete igit᷑ q̄d mali inuidia
afferat. Indigna ꝓpter inuidiā patria
iudicat᷑: in q̄ ciuis operat᷑ q̄ digna fuit i
qua dei fili⁹ naſceret᷑. Hec ille. Et nota
ꝙ cū duplex ſit natiuitas. ſ. in vtero: q̄ eſt
cōceptio: ⁊ ex vtero. Amb. loquit᷑ de pri-
ma. Eſt ⁊ ſcḋm documentū. Nā ex hiſto
ria helie q̄ habet᷑. iij. Reg. xvij. vbi pꝫ ꝙ
dū erat in deſerto de⁹ veſpere ⁊ mane ꝑ
coruos mittebat ei panē ⁊ carnes ⁊ bibe
C bat aquā torrētis iſtruimur ꝙ fugiētes
mūdanos ſtrepitus ⁊ vacātes ſolitudini
diuine cōtēplatiōis paſcunt᷑ a deo pane
deitatis: ⁊ carnib⁹ hūanitatis: ſꝫ tñ bibūt
aquā torrētis: q̄ꝛ ſue ꝯſolatiōes ſunt ad-
mixte in via dolorib⁹: ⁊ paſcunt᷑ mane ⁊
veſpere nō in meridie in quo eſt ꝑfect⁹
calor q̄ꝛ eoꝝ cōſolatiōes ſunt imꝑfecte.
Et aliqñ ad tātā miſeriā deueniūt ꝙ in
digēt bucella panis: q̄ꝛ eis ꝯſolatiōes di
uine ſubtrahunt᷑ aliqñ: vt nō ſupbiāt: ⁊
vt eas diligenti⁹ inquirāt: ⁊ cauti⁹ cuſto
diāt. Eſt ⁊ tertiū q̄ꝛ ex hiſtoria vidue in- D
ſtruimur eleemoſynas facere: q̄ꝛ ꝓ par-
uis magna recipiunt᷑ ēt tēporaliter ſi ex
pedit: q̄ꝛ ex quo vidua cepit heliā paſce
re nō defecit nec diminuta eſt hydria fa
rine nec olei lechitus. Eſt ⁊ quartū: q̄ꝛ ex
hiſtoria naamā iſtruimur: ꝙ ſi lauemur
ſepties in xp̄i ſanguine ab oi lepra mun
dabimur. Lauamur aūt ſepties: ſi deuo
te meditemur qūo ſepties ſanguinē fu-
dit: primo in circūciſione cōtra luxuriā: ſe-
cūdo in ſudore cōtra gulā: tertio in coro
natione ꝯtra ſuperbiā: quarto in lācea-
tiōe ꝯtra irā: q̄. ſ. eſt accēſio ſanguinis cir
ca cor: q̄nto in flagellatiōe ꝯtra inuidiā:
inuidi eñ ſunt ſicut canes mordētes. Si
igit᷑ timet leo qñ flagellat᷑ canis: multo-
magis debēt iſti canes timere qñ vidēt
leonē. i. xp̄m flagellatū. Sexto in manuū E
perforatiōe ꝯ auaritiā: ⁊ ſeptio in pedū
crucifixiōe ꝯ accidiā. ¶ Quātū ad tertiū
tāgit᷑ idignatio ciuiū de nazareth: cū dr̄:
(Et repleti ſunt oēs i ſynagaga ira hec
audiētes.) Et hoc ſm̄ Gre. ver. q̄ꝛ prauā
itētionē eoꝝ redarguerat q̄ꝛ de inuidia
eos notauerat q̄ inter pares regnare ſo
let: vel q̄ꝛ in eo qḋ dixerat illā ꝓphetiā i
ſe ꝯpletā: arbitrati ſunt ꝙ ſeipm̄ ꝓphe-
tis ꝯpararet: vl̄ ſm̄ alios q̄ꝛ xp̄s deuotio
nē gētiliū puta naamā ⁊ vidue ſarepta
ne p̄ferebat deuotiōi iudeoꝝ: q̄ tñ ipſos
gētiles abhominabant᷑ vt canes. Pro-
uer. xv. Nō amat peſtilēs eū qui ſe corri
pit. Fuerūt etiā irati ſm̄ Gorraꝫ ꝓpter
myſteriū: qḋ in dictis exēplis innuebat᷑:
ꝙ. ſ. bñficiū predicatiōis eſſet trāſferēdū
ad gētes Uñ Act. xxij. hac de cauſa vole
bant iudei occidere paulū: q̄ꝛ dixit dictū
fuiſſe ſibi: ad natiōes lōge mittam te. Et F
ſurrexerūt ⁊ eiecerunt illū extra ciuitatē
tanq̄ꝫ dignū morte. Amb. Cū dñs per po
pulos bñficia diffunderet: illi iniurias
irrogabāt. Hec ille. (Et duxerūt illū vſqꝫ
ad ſupciliū mōtis: ſup quo ciuitas illoꝝ
erat edificata vt p̄cipitarēt eū.) In hoc
maxīe appet q̄ꝫ beſtialis ⁊ ferialis ſit illa

populꝰ: q꞉ certū eſt ꝙ tota regio domi-
nū magnificabat: ⁊ ipſi hoc nouerunt: ⁊
audierūt cum libēter ſaltē maior pars
eorū: ⁊ nullā dixit eis cōtumeliā: nec re-
G prehēdit eos de aliquo vitio aperte: nec
aliquā habuerūt ire cauſam: niſi ꝙ eos
notauit ſibi eſſe minꝰ deuotos ꝙ̄ alij ſo-
rēt ex irreuerētia ⁊ inuidia que regna-
re ſolet in paribꝰ: ⁊ intātū exarſerūt fu-
rorē: vt a furore ꝑpꝉi vellēt precipitare
quē nouerāt pie ꝯuerſatū cū eis. Beda.
Peiores ſūt iudei diſcipuli diabolo ma-
giſtro. Ille ꝟbo ait. mitte te deorſuꝫ: iſti
facto mittere conant̄. Hec ille. (Jeſus au-
tē trāſiens) virtute ſue diuinitatis (per
mediū illoꝝ) viſibiliter: vt videt̄ aliq̄bꝰ:
nā dicit Beda ꝙ q̄ſiuit latere poſtq̄ ela-
pſus eſt de manibꝰ eorum. Dicit aūt. s.
Tho. ſuꝑ Jo. viij. c. ꝙ cū vellent xp̄m iu-
dei lapidare: abſcōdit ſe. i. ſe inuiſibilem
reddidit: ⁊ exiuit de tēplo. ⁊ ſubiūgit. Si-
mile fecit Luc. iiij. qñ voluerūt eū p̄cipi-
tare. Qui tñ tenet ꝙ viſibiliter trāſiuit ꝑ
iſtos: dicat ad. s. Tho. ꝙ intēdit hoc fa-
ctū fuiſſe ſimile illi q̄ɫtū ad recedere ab
inimicis: nō q̄ɫtū ad modū recedēdi. Cū
H aūt vt Beđ. ait ⁊ teſtat̄ Maſt. hiſto. dñs
de manibus eoꝝ elapſus deſcēderet de
mōte ⁊ ſub rupe vellet latere in eo loco
q̄ nūc đr ſaltꝰ dñi ſubito ad tactū dñice
veſtis ſaxū illud ſubterfugit: ⁊ inſtar ce-
re ſolutū quēdā ſinū ſeu receptaculum
efficit: in quo dñicū corꝑꝰ reciperet̄. In
q̄ loco oia lineamēta ⁊ ruge veſtis ⁊ ru-
ge calciamētorū eiꝰ (vt dicit idē Magi.
hiſt.) apparēt adhuc: ⁊ ſic etiā mō teſtā-
tur: qui viderūt vt dicit Ni. de ly. ¶ In
hac parte eſt documētū ꝙ nō debemus
vīdictā facere đ his q̄ nobꝫ mala aut ap-
petūt aut iferre conāt̄ exēplo xp̄i: q̄ đcli-
nauit inimicos cū illos potuiſſet occide-
re Amb. Malebat iudeos adhuc ſanare
q̄ꝫ ꝑdere: vt inefficaci furioſis exitu deſi-
nerēt velle qđ iplere nō poſſēt. Hec ille.

Feria. iij. poſt dñi. iij. Quadra.
I Textus euan. Mat. xviij.

Si peccauerit in te frater
tuus: vade ⁊ corripe euꝫ
inter te ⁊ ipſum ſolū. Si
te audierit lucratus eris
fratrem tuum. Si autem te non au-
dierit: adhibe tecum adhuc vnum
vel duos vt in ore duorum vel triū
teſtium ſtet omne verbum. Qđ ſi K
nō audierit eos dic eccleſie. Si aūt
eccleſiam nō audierit: ſit tibi ſicut
ethnicꝰ et publicanus. Amen dico
vobis quecūq̄ꝫ alligaueritis ſuper
terrā: erūt ligata ⁊ in celis. Et que-
cūq̄ꝫ ſolueritis ſuper terrā erunt ſo-
luta et in celo. Iterū dico vobis:
q꞉ ſi duo ex vobis ꝯſenſerint ſuꝑ ter-
rā de oī re quācūq̄ꝫ petierint fiet illis
a p̄re meo q̄ in celis eſt. Ubi eñ ſūt
duo vel tres ꝯgregati in noīe meo
ibi ſum in medio eorū. Tūc acce-
dens petrus ad eū dixit: Domine
quoties peccabit in me frater meꝰ:
⁊ dimittam ei? Uſq̄ꝫ ſepties. Dicit
illi Jeſus. nō dico tibi vſq̄ꝫ ſepties
ſed vſq̄ꝫ ſeptuagieſſepties.

Si peccauerit in te fr̄ tuꝰ ⁊c. L
Mat. xviij. In p̄ſenti euan.
tāgunt̄ tria puncta: q̄ ſunt:
Frn̄italis admonitio: cele-
ſtialis iuriſditio: ⁊ paterna-
lis miſeratio. ¶ Quātū ad primū tangi-
tur admonitio ſeu correctio fraterna q̄ɫ-
tū ad ſuū ordinē ſm̄ quē fiēda eſt. Pro
quo notādum eſt ꝙ qñ xp̄s dixerat iſta
verba: preceſſerat ſermo eiꝰ de oue per-
dita ⁊ i fine cōcluſerat dicēs. Sic nō eſt
volūtas añ. patrē veſtrū q̄ in celis eſt: vt
pereat vnus de puſillis iſtis. Et ſtatim
ſubiungit: (Si aūt peccauerit ⁊c.) quaſi
volēs nos exhortari: imo ⁊ nobis p̄cipe-
re vt patebit: ꝙ de ſalute fratris ſimus
ſemꝑ ſolliciti. Iſta aūt ꝟba fuerūt dicta
oibus apꝉis audiētibꝰ: vt innuit textꝰ.
nec ibi erāt turbe vt videt̄: iō eccꝉia ꝓ
introductiōe euāgelij: dicit. Reſpiciens
Jeſus in diſcipulos ſuos? Iſta eñ non M
ſunt verba euāgelij ſꝫ vt dictū eſt ſic di-
cit eccꝉia vt introducat euangeliū. Et
vere ita fuit: q꞉ xp̄s ad apꝉos loquebat̄
(dixit ſimoni petro) iſta ēt nō ſunt ꝟba
euāgelij: nec ab eo habet̄ ꝙ loqueretur
ſoli petro ſed eccꝉis ſic dicit ꝓpter duo.



Primo: q꞉ dicit xp̄s (vade ⁊ corripe) ſin-
gulariter loquēs ſingulis apꝉoꝝ. Uñ q꞉
inter eos petrꝰ primꝰ erat: ⁊ p̄latꝰ pri-
mus ad quē ſpectat zelus de ꝓximi ſa-
A lute: iō eccleſia dicit eū ſimoni petro lo-
cutū. Scđo: q꞉ i fine euāgelij đr ꝙ petrꝰ
ſingulariter interrogauerit xp̄m in ꝑſo-
na oim̄ ex quo ſatis eſt rōnabile ꝙ etiā
ei ante in ꝑſona oim̄ loqueret̄. Sequun-
tur deinde verba xp̄i. Pro quibꝰ ſcien-
dū eſt ex doctrina. s. Tho. ij. ij. q. xxxiij. ⁊
iiij. diſt. xix. ⁊. q. de verita. q. iij. ꝙ duplex
eſt correctio. Una q̄ eſt ad peccātis pu-
nionē ꝓpter ꝯſeruationē iuſtitie: ⁊ iſta
nō ſemꝑ ordinat̄ ad correctionē delin-
q̄ntis: cū aliqñ ſibi infligat̄ pena mortis
ſꝫ ad ꝯſeruationē iuſtitie ⁊ terrorē alio-
rū. ⁊ ꝑtinet ſolū ad ſuperiores ⁊ eſt actꝰ
iuſtitie ⁊ nō charitatis elicitiue: ⁊ ſi in-
terdū imperatiue. Alia eſt q̄ ordinat̄ ad
bonū ⁊ emēdationē peccātis: ⁊ eſt actꝰ
charitatis ⁊ ꝑtinet ad oēs. Et de iſta p̄n-
cipaliter eſt ſermo xp̄i in p̄nti euāgelio.
B Dicit̄ ergo. (Si peccauerit. ſ. in p̄teritū.
Dicit eñ. s. Tho. ſuꝑ Mat. ꝙ in pc̄tis q̄
imminēt in futurū nō eſt neceſſe ſerua-
re ordinē quē habemꝰ in p̄nti euā. Sed
ꝫ q꞉. ij. ij. dicit ꝙ qñ pc̄tm̄ hꝫ inferre i fu-
turū aliqđ dānū ꝓximo corꝑale: vt ꝓdi-
tio: vel ſp̄uale: vt cū q̄s vult aliū trahere
ad pc̄tm̄: lꝫ ſtatim denūtiare p̄lato: niſi
firmiter ſperet̄ correctio. Et. q. de ꝟitate
q. iij. dicit niſi ꝑiculū ſit in mora. Ergo ēt
in futuris opꝫ ꝙ ſeruet̄ iſte ordo ſecrete
monitiōis: qñ ceſſat periculū more: vel
qñ eſt firma ſpes correctiōis. Ad hoc di-
co ꝙ in iſta materia de correctiōe frate-
na. s. Tho. hꝫ vnā regulā: ſm̄ quā mēſu-
rat oia q̄ dicit: et tradit eā de verita. vbi
ſ. arg. ij. ⁊ eſt hec. Proximꝰ noſter habet
duo q̄ cōſeruare tenemur quātū poſſu-
mus: cōſcientiā: ſcꝫ ⁊ famā: ſꝫ principa-
liter tenemur ad cōſciētiā quotieſcūq̄ꝫ
ergo poſſumꝰ vtrūq̄ꝫ cōſeruare: debemꝰ
hoc facere. Si ſꝟo opꝫ alterū periclitari.
C cōtēnenda eſt fama pro ſalute ꝯſciētie.
Dico ergo ꝙ pc̄tm̄ futuꝝ duplr̄ poſſumꝰ
publicare. Uno mō ita vt nulla ſequat̄
īfamia de p̄terito: vt puta: ſi ego ſcio ali-
qđ ꝑiculū iminere fratri meo q̄ iuſtꝰ et
inocēs eſt qđ forte: ipe nō credit ꝑiculū:
ego ſine pc̄tō ſtatim dicere poſſum p̄lato
pc̄tm̄ qđ futurū video ⁊ oē aliđ. Sic eñ
ſaluat̄ cōſciētia: ⁊ nullū dānū infert̄ fa-
me. Nō eñ infamia eſt aliquē eſſe in pe-
riculo cū hoc nō ſit pc̄tm̄. Alio mō ita ꝙ D
publicando futurū: ego infero infamiā
de p̄terito. Prio mō loq̄t̄ ſuꝑ Matt. ſcđo
modo in alijs locis. (In te). i. tibi ſoli in-
iuriā aut dānū faciēdo: ⁊ te ſolo ſciēte.
Iſta eñ duo requirunt̄ ad hoc vt ſit in
te: ⁊ deficiēte altero eorū nō eſt in te. Si-
cut eñ dicit. s. Tho. in locis p̄allegatis:
qñ pc̄tm̄ eſt publicū nō eſt ſolū in te: et ſi
alijs eſt illaturū nocumentū: nō eſt ſolū
in te: iō publicū pōt ſtatim denūtiari ſi-
ne ſecreta monitiōe: ⁊ ſil̄r occultum no-
cēs: niſi ſperet̄ correctio rōne predicta.
¶ Et nota ꝙ in pc̄tō publico ledit̄ ꝯſciē-
tia peccātis: ⁊ q̄ɫtū in ſe eſt: ledit etiā cō-
ſciētiā aſtātiū q̄ inde p̄nt occaſionē rui-
ne ſumere: iō tūc eſt fienda denūtiatio:
vt ſuccurat̄ vtriq̄ꝫ ꝯſciētie. Si q̄s tñ ſpe-
raret emēdare peccātē ⁊ ſatiſfacere ſcā-
dalo: eque bñ ꝑ oia vt p̄latꝰ: deberet vt
credo etiā ꝯſeruare famā peccātis apud E
p̄latū ⁊ alios q̄ neſciūt: ꝓpter regulā p̄-
dictā. Si tñ p̄latus exigeret ⁊ de hoc ve-
ritatē tenet̄ eā ꝯfiteri q꞉ alit̄ derogaret
iuri eius: cum ſit iudex publicorum. (fra-
ter tuꝰ). i. omnis quē tenemur diligere:
etiam ſi ſit p̄latus: ſm̄ ſcm̄ Tho. vbi. ſ.
Tñ cum reuerentia eſt corrigendus: vt
idem dicit: q꞉ iſta correctio eſt charita-
tis effectus. (vade corripe eū.) Loquit̄
dñs imperatiue: q꞉ hoc eſt preceptū. Eſt
eñ fraterna correctio ſub precepto: vt
docet ſctūs Tho. ij. ij. vbi ſupra quia ſi-
cut tenemur diligere ꝓximum: ita ⁊ que-
rere bonū eius ſm̄ ꝙ cōgruit. ¶ Scien-
dum tñ ꝙ vt idem ⁊ Aug. dicit: quando
debemꝰ aliq̄d determinate ꝑſone puta
decē aureos. Petro tenemur illā q̄rere:
qñ vero debemꝰ quidem ſed nō petro
vel Joāni: vt puta ſi eleemoſynam pau-
peri debeo: nō tenemur q̄rere ſed q̄ no-
bis occurrerit ille eſt cui debemꝰ. Licet F
ergo teneamur corrigere delinq̄ntes nō
tenemur tñ illos inquirere. Omittere ꝗꝫ
illā qñ corrigendus occurrit: nō ſemper
eſt mortale. Nā vt dicit ſanctꝰ Tho. vbi
ſupra tangit̄ omittit̄ vno mō vt alio tē-

ꝑore oportuniꝰ fiat.Scḋo ex quadā ne-
gligentia ⁊ tepiditate vel alio reſpectu
quē tñ nō ꝑferimus charitati:q̄.ſ.licet
iſta retardent a fraterna correctione:tñ
nō totaliter retrahūt:q̄ ſi firmiter ſpera
G remus emendationē:efficeremꝰ corre-
ctionē.Tertio omittit̄ ꝓpter timorē mū
danū aut cupiditatē q̄ preferunt̄ chari
tati ita ꝙ ſi ſperaret̄ emēdatio.nihilomi
nus ꝓpter iſta omitteret̄ correctio.Pri
mo modo eſt bonū.ſcḋo veniale.tertio
mortale.Tēpus ergo in quo obligamur
ſub pena pc̄ti mortalis corigere ſm.s.
Tho.eſt cū occurrit corripiendus cū cō-
moditate corripiēdi ⁊ ſpe emēdationis
⁊ deeſt ſuperior q̄ corrigat:vł ſi adeſt ne
gligens eſt.(inter te ⁊ ipm̄ ſolū).i.ſecre-
te.⁊ de hoc ē ꝓceptū ſicut ⁊ de corrigen-
do ſm.s.Tho.Uñ quotieſcūq̄ publicas
pc̄tm̄ qḋ eſt in te ſine iſta monitione ſe-
creta:facies cōtra ꝓceptū xp̄i.Sed ꝯtra.
Nā ſm hoc q̄ ex loquacitate reuelaret
occultū pc̄tm̄:peccaret mortaliter:ꝯ do-
ctrinā.ſ.Tho.ij.ij.q.lxxiij.Ad hoc dico ꝙ
reuelās pc̄tm̄ occultū dupł'r pōt morta
liter peccare.Uno mō ex ꝑuerſa inten-
H tione:puta ad infamādū vel qualiter-
cunq̄ iniuſte nocendo ꝓximo:⁊ ſic mor-
taliter peccat etiā q̄ dicit aliq̄d ꝑlato ꝑ-
miſſa oī ſecreta monitione.Alio mō nō
ex intētione:ſed ex ipſo facto:q̄.ſ.infert
notabile dānū ꝓximo iniuſte:lꝫ leui vł
bono fine moueat̄:⁊ ſic mortał'r peccat
qui reuelat aliq̄d notabile ꝑlato vt ꝑla
tus eſt.ſ.q̄ hꝫ vlterius ꝓcedere ad iudi
ciū cōtra ſubditū.Et ſic dicit.s.Tho.or
dinē correctiōis eſſe in precepto.Peccat
etiā mortaliter iſto mō ſm.s.Tho.ij.ij.
q.lxxiij.q̄cūq̄ ꝑlato vt eſt priuata ꝑſona
vel cuicūq̄ alij dicit aliq̄d qḋ notabile
dānū infert honeſtati ⁊ fame ꝓximi:vt
puta ſi diceret eū eſſe lenonē vel ſodomi
tā ⁊ hmōi etiā ſi nō malo fine:vel ſi in-
caute faciat:ſicut ⁊ q̄ incaute occideret
I virū.Debuit.n.⁊ potuit aduertere.Qui
ꝟo diceret ꝑlato vt ē ꝓuata ꝑſona aliqḋ
mortale occultū:nō multū dehoneſtans
ex loquacitate vel leuiter:nō peccat mor
taliter.Si ergo ꝑlatꝰ precipiat alicui vt
reuelet crimē fratris qḋ in te eſt ꝯ ꝑdi-
ctū ordinē pc̄tm̄ eſſet ei obedire:ſaltē ex-
tra iudiciū:qḋ dico.q̄.ſ.Tho.iiij.di.xix.
q.ij.ar.iij.q.j.ad quintū videt̄ dicere ꝙ i
iudicio vbi accuſator hoc exigeret.ꝑla-
tus poſſet ꝓcipere:⁊ teneret̄ appellare
vel obedire:ſi ꝓcipiens ſeruet ordinē iu
ris.Sed hoc dictū.ſ.Tho.ego intelligo K
qñ nō ſolū prelatus ꝓcipit ſm ordinē iu
ris ex parte ſui:ſꝫ etiā ex parte accuſan
tis ꝓcedētis iuridice.Si em̄ calūniatur
imponēdo crimina falſa:nō ꝓcedit iuri
dice:vt pꝫ.ij.ij.q.lxviij.Falſa īquā etiā
ſm opionē ſuā lꝫ vere ita ſit.Uñ ſi oīno
occultū ſit pc̄tm̄ meū vł ꝓximi ita ꝙ nec
adeſt teſtis nec īfamia:ego nō teneor di
cere:verūetiā ꝯuictꝰ ꝑ teſtes:lꝫ verū a ca
ſu dicētes.Uñ ⁊ ipē docet i.v.q̄dl.q.viij.
ar.ij.ꝙ mulier accuſata de adulterio pe
nitꝰ occulto:i iudicio verū dicere nō dꝫ.
Sꝫ q̄dſi ꝑſona q̄ peccauit ſit occulta:⁊fa
ctū publicū.Uidet̄ em̄ ꝙ tūc ſubditꝰ te-
neret̄ obedire ꝑlato ꝓcipiēti ſuꝑ dicēda
ꝟitate.Primo q̄ pc̄tm̄ ē publicū.Scḋo
q̄ opꝫ ſatiſfacere ꝯſcie eoꝝ q̄ ſcādalizāt
qḋ ſemꝑ ſubditꝰ facere non pōt.Tertio
q̄ eo caſu ꝑlatus pōt ꝓcipere.ergo ſub
ditus tenet̄ obedire.Ad hoc dico ꝙ legi L
tur.s.Tho.qñq̄ in quodā gn̄ali capł'o
cū eſſet baccalarius ſenſiſſe ꝙ tenet̄ ſub
ditus obedire:ſꝫ oēs magr̄i fuerūt ꝯ eū.
Scḋm ꝟo ea q̄.s.Tho.ſcripſit dicēdū ē
vt vr̄ ꝙ nō tenet̄ ſm regulā ſupra aſſi-
gnatā.Nā ſalua fama pc̄tōris eo caſu
pōt ſatiſfieri ꝯſciētie eiꝰ ꝑ admonitionē
ſecretā:⁊ ēt ꝯſciētie eoꝝ q̄ ſcādalizant̄ ꝑ
modū q̄ dicet̄.Nō ergo tūc eſt ꝓximus
infamādus.Ad primū ꝯ hoc dico ꝙ ſtul
titia eſt dicere ꝙ pc̄tm̄ ſit publicū.⁊ vel
le habere eiꝰ notitiā ꝑ ꝓceptū.Dicitur
em̄ pc̄tm̄ publicū.vt pꝫ ꝑ Pe.de pał.iiij.
di.xix.q.iiij.qñ eſt publicū q̄s fecerit pec
catū:nō aūt ſi eſt publicꝰ effectꝰ pc̄tōris
vel pc̄ti.Pc̄tm̄ em̄ nō eſt id qḋ i tali caſu
videt̄:puta cadauer:ſꝫ eſt actio occiden
tis hoīem q̄ non videt̄.¶Ad ſcḋm dico
ꝙ eo caſu prelatꝰ dꝫ ꝓcipere ſuꝑ dicēda
ꝟitate ⁊ ꝓcedere ad inq̄ſitionē pc̄tō-
ris:ſed ſuū ꝓceptū intelligēdū eſt ſaluo M
charitatis ordine:ex tali aūt inquiſitio-
ne debēt edificari ſcandalizati cū res ſit
iā punita quātū eſt in volūtate iudicis
⁊ ſi vlterius ſcandalizantur:eſt ſcādali



phariſeorū ⁊ nō puſillorū.¶Ad tertiū
dico ꝙ eo caſu aliq̄s īdeterminate.i.hic
vel ille:eſt infamis ex ipa euidētia facti.
Et ideo ꝑlatus indeterminate pōt ꝓci-
A pere:nō aūt ſpāliter nec ſit ſpāł'r aliq̄s
de hoc infamis aut ſemicōuitius.Tene
tur aūt ſubditus obedire qñcūq̄ ꝑlatꝰ
ſpāliter ei ꝓcipere pōt ſm aliq̄s:lꝫ etiā
hoc ſit ſalſum vt alij negāt vniuerſał'r.
Tenet̄ etiā qñ pōt indeterminate ꝓcipe
re ſi ſubditꝰ ſit infamis de hoc lꝫ nō apḋ
ꝑlatū:vel ſemicōuitius:q̄.ſ.vnus eſt te
ſtis.Si āt ceſſent oīa iſta.puta q̄ ē oīno
occlatꝰ:puta q̄ aliq̄s ſolꝰ ſcit pc̄tm̄ ſuū
vel alterius:⁊ nullatenꝰ pc̄tōr eſt infa-
mis ea infamia q̄ requirit̄ ad poſſe ꝓce
dere ꝯ aliquē nō tenet̄.Et tñ ꝑlatꝰ licite
ꝓcipit:ſꝫ ꝓceptū intelligit̄ quātū ſe pōt
extendere eiꝰ authoritas.Sicut etiā li-
cite ꝓcipit qñ accuſator ꝓcedit malitio-
ſe ꝯ aliquē falſa crimina imponēdo aut
imponēdo vera q̄ neſcit eē vera:niſi for
te ꝑ leues cōiecturas:⁊ tñ nō ē ei obe-
diendū niſi adſit vnus teſtis vel īfamia
B vt dictū eſt.(Si te audierit:lucratus es
fratrē tuū.)Ex q̄ pꝫ ſm Chry.ꝙ diſcor-
dia eſt malū nō ſolū offendētis ſꝫ offenſi
⁊ ꝙ amicitia ē cōe bonū.Nō em̄ dicit ꝙ
ille lucratus ſit ſe:ſed fratrē tuū.(Si au
tē te nō audierit adhibe tecū vnum vel
duos.)¶Eſt aūt aduertendū ꝙ ſm.s.
Tho.teſtes in fraterna correctiōe debēt
induci añ publicā denūtiationē:⁊ poſt
ſecretā monitionē tādiu factam q̄diu
ſperat̄ emendatio ꝓbabił'r:vt ab extre-
mo ad extremū ꝑ mediū eat̄.Inducunt̄
aūt teſtes ſm Hie.ad oñdendū ꝙ malū
ſit id de quo frater arguit̄:⁊ ꝯſequenter
facilius corrigatur.Uel ſm Aug.ad cō-
uincēdū de actu ſi iteret̄.Uel ſm Chry.
vt ſint teſtes ꝙ corrigens fecerit debitū
ſuum.Si tñ crederet̄ ꝙ ex teſtiū indu-
ctiōe peccator ꝓficeret i peius nō eſſent
inducēdi:ſm.s.Tho.Sꝫ ꝯ iſta vr̄ eſſe di
ctū Aug.i regła dicētis.Si admonitꝰ.ſ.
ſecrete neglexerit corrigi.priꝰ ꝓpoſito dꝫ
C oſtendi ne ⁊c.Ad hoc dicit.ſ.Tho.ꝙ dꝫ
oſtendi prepoſito ſiue ꝑlato:vt eſt q̄dā
ſingularis ꝑſona:de q̄ ꝓſumit̄ ꝙ meliꝰ
poterit ꝓdeſſe q̄ alius teſtis.Uñ ſubiū-
git.Ne.i.ſi forte poſſit ſecretiꝰ correctiꝰ
nō innoteſcere ceteris.Non aūt intēdit
ꝙ debeat dici ei ꝑ publicā denūtiatio-
nē vt iudex eſt.(Ut i ore duoꝝ vł triū te
ſtiū ſtet oē verbū).ſ.ad conuincendū qḋ
malū ſit id qḋ facit:vel ꝙ aliqḋ malū fe
cit:vel ꝙ tu debitū feciſti.(Qḋ ſi nō au D
dierit eos:dic eccł'ie).i.his q̄ eccł'ie ꝓſi-
dēt:ſm Chryſ.Uel ſm glo.eccł'ie.i.vni-
uerſitati fideliū:vt magis erubeſcat.(Si
aūt eccleſiam non audierit:ſit tibi ſicut
ethnicus).i.gētilis vel infidelis.(⁊ pu-
blicanus).i.publica vectigalia exigens
qḋ gn̄s hominū ſolet eſſe vitioſum.Hie
ro.Publicani vocant̄ qui ſeculi ſectant̄
lucra ⁊ exigunt vectigalia ꝑ negotiatio
nes et fraudes ac furta patēt periuria.
Uñ ſenſus eſt ſm glo.ꝙ excōicet̄ ⁊ eui-
tet̄ ab oībꝰ.Uel ſm Aug.iā nō cōputet̄
in numero fratrū:⁊ idē ē.¶In hac pte
eſt documentū lr̄ale:qḋ Augu.tāgit di-
cēs lib.de ꝟbis do.Admonet nos deus
nr̄ nō negligere inuicē pc̄tā nr̄a nō q̄rē-
do qḋ reph̄ēdas:ſꝫ vidēdo qḋ corrigas
debemꝰ em̄ amādo corripe non nocēdi
auiditate:ſꝫ ſtudio corrigēdi.Si negle- E
xeris peior eo factꝰ es.Ille iniuriā fecit.
⁊ iniuriā faciēdo graui ſeipm̄ vulnere
ꝑcuſſit:tu vulnꝰ fratris cōtēnis.Peior
es tacendo q̄ ille conuitiando.Hec ille.
¶Quātū ad ſcḋm tangit̄ iuriſditio da-
ta apł'is ⁊ ſucceſſoribꝰ eius:⁊ hoc ne q̄s
leue putet ſe eſſe excōicatū.Hiero.Quia
dixit ſi eccleſiā nō audierit:ſit tibi ſicut
ethnicus ⁊ publicanus:⁊ poterat cōtē-
ptoris fratris hec eſſe reſpōſio vel tacita
cogitatio:ſi me deſpicis ⁊ ego te deſpi-
cio:ſi me ꝯtēnis ⁊ mea ſn̄ia ꝯdēnaberis.
ꝑtātē tribuit apł'is vt ſciāt q̄ a talibꝰ cō
dēnant̄:humanā ſn̄iam diuina ſn̄ia cor
roborari.Hec ille.Uñ dr̄:[Amē].i.vere
vel fideliter [dico vobis q̄cūq̄ ligaueri
tis ſuꝑ terrā].ſ.ꝯdēnādo [erūt ligata ⁊
i celis] q̄ ſic ligati vt exponit Chry.eter
no alligāt̄ ſupplicio [⁊ q̄cūq̄ ſolueritis
ſuꝑ terrā:erūt ſoluta ⁊ in celo.] Eſt aūt
notādū ſicut dicit.s.Tho.i.iiij.di.xviij.
ꝙ ſacerdos eſt miniſter ⁊ inſtrumētum F
dei:ideo ligat ⁊ ſoluit ſicut ⁊ deꝰ.Deꝰ au
tē circa penā operat̄:⁊ eā remittēdo et
eā infligēdo.circa culpā vero ſolū eā re-
mittēdo.Ideo ſacerdos ꝟtute dei ⁊ in-

ſtrumentaliter vel miniſterialiter abſol
uit a pe[illegible] quã remittit:ꝛ ligat ad eam
quã imponit.Siĺr ꝛ abſoluit a culpa:ſʒ
nõ ligat niſi oſtendẽdo ligatũ.Et iõ non
põt ſacerdos ꝓ libero arbitrio ligare et
G ſoluere:ſʒ ſolũ inq̃tũ operat cõformiter
deo:qꝛ ſine pꝛicipali mouente nihil põt
inſtrumentũ.Sciendũ eſt etiã ꝙ hic da
ta eſt oib⁹ apĺis:ſimul ptãs ligandi et
ſoluendi:ſed Mat.xvj.data eſt ſoli pe-
tro vt dictũ eſt.Et tibi dabo claues re-
gni celoꝝ:ad oſtendendũ ſm.s.Tho.ꝙ
in eccĺia autoꝛitas oim ab vno depẽdet
Nõ ſolũ aũt xp̃s dicit eẽ ratã excõicatio
nẽ eccleſie:ſʒ ꝛ oẽm petitionẽ cõſentien
tiũ in vnitate eccĺie ſm glo.Ideo dicit.
(Iterũ dico vobis:qꝛ ſi duo ex vobis cõ-
ſenſerint).i.ſimul ſenſerint ꝑ vnionẽ vo
luntatum(ſibi inuicem)remittẽdo iniu-
rias:ꝛ recipiendo penitentẽ:ꝛ abijcien-
do ſupbum ſm Glo.(de oĩ re quãcũqꝫ pe
tierint)ꝑ ſe:ꝛ pſeueranter ꝛ pie ad ſalu
tẽ vt dicit.s.Tho.in.iiij.di.xv.q.iiij.ij.ij.
q.xiij.iij.cõtra gẽ.ca.xcvj.(fiet illis a pa-
H tre meo q̃ in celis eſt)Uel ſm Hiero.in
his verbis vult oſtendere premiũ ꝛ fru
ctũ ꝯcoꝛdie:ad quã ſupꝛa fuerat hoꝛta-
tus.(Ubi eñ ſunt duo vel tres ꝯgregati
i noĩe meo).i.ſe amãdo pp me ſm Chꝛy.
(ibi ſuʒ i medio eoꝝ)iõ nõ ẽ mirũ ſi exau
diã eos.Et i hoc ẽ documẽtũ de q̃ Hila.
Ipſa eñ q̃ pax atqꝫ charitas ẽ ſedẽ atqꝫ
habitationẽ i bonis atqꝫ pacificis volũ-
tatib⁹ collocauit.Hec ille.¶Quãtũ ad
tertiũ tangit paternalis miſeratio xp̃i:q̃
vult ꝙ nobis dimittant pctã multoties
qꝛ eñ dixerat dñs:vt ait Hiero.remittẽ
das eſſe iniurias:ꝛ p̃miũ etiã cõcoꝛdie
demonſtrauerat.Tunc accedens ad eũ
petrus(pꝛouocatus ad interrogandũ)
dixit:dñe quoties peccabit in me frater
meus ꝛ dimittã ei?(Et cũ interrogatio
ne:)vt ait Hierony.ꝓfert ſniam dicẽs.
(Uſqꝫ ſepties)putãs ſe aliqd magnũ di
cere:vt ait Chꝛy.(Dixit ei Ieſus.Nõ di
co tibi vſqꝫ ſepties ſed vſqꝫ ſeptuagieſ-
I ſepties).i.toties quoties ſʒ Aug.Chꝛy.
ꝛ Hie.qꝛ ponit numerus determinatus
ꝑ indeterminato.Sed quare magis po
nitur hic numerus determinat⁹ q̃ ali⁹?
Ad hoc dico ſm Augu.de vbis dñi qui
vult ꝙ ſeptuagieſſepties ſit idem ꝙ ſe-
ptuaginta ſeptẽ vicib⁹ ꝙ hoc eſt qꝛ iſte
numerus ſignificat oĩa peccata.Nã per
decẽ ſignificat lex:q̃ decẽ ꝯtinet p̃cepta:
per vndecim vo pctm̃ qd̃ eſt trãſgreſſio K
legis ꝑ ſeptẽ vo totũ:qꝛ ſeptẽ dieb⁹ om-
ne tp̃s voluit.Septies autẽ vndecim.i.
oĩa pctã ſunt ſeptuagieſſepties.ſm Hie
ro.vo q̃ vult ꝙ ſeptuagieſſepties ſit idẽ
qd̃ quadringentis nonaginta vicibus:
qꝛ.ſ.ducit vnũ aduerbiũ in aliud hoc iõ
eſt vt ſignificetur ꝙ toties in die remit-
tẽdũ eſt pctm̃ fratri quoties peccare nõ
põt.in hac parte eſt documẽtũ ĩſale:de
quo ait Aug.li.de verbis dñi.Si ſeptua
gieſocties peccauerit ignoſce:ꝛ ſi cẽties
ꝛ omnino quoties peccauerit ignoſce.ſi
eñ xp̃s milia pctoꝝ inuenit:ꝛ in oĩa do
nauit:noli ſubducere miam.ait eñ apĺs
donantes vobiſmetipſis ſi qs aduerſus
aliquẽ hʒ querelam ſicut de⁹ in xp̃o do-
nauit vobis.Hec ille.

¶Feria.iiij.poſt.dñicã.iij.Quadra. L
¶Textus euang.Mat.cap.xv.

ACceſſerũt ad Ieſum ab
Hieroſolymis ſcribe et
phariſei dicentes quare
diſcipuli tui tranſgrediũ
tur traditiones ſenioꝝ.Nõ eñ la-
uant manus ſuas cũ panẽ mãdu-
cant.Ipſe aũt rñdẽs ait illis.Qua
re ꝛ vos trãſgredimini mandatũ
dei ꝓpter traditionem veſtrã:naʒ
deus dixit.Honoꝛa patrẽ tuũ ꝛ ma
trẽ ꝛ q̃ maledixerit patri vel matri
moꝛte moꝛiatur:vos autẽ dicitis.
Quicunqꝫ dixerit patri vel matri
munus quodcũqꝫ eſt ex me tibi ꝓ-
derit ꝛ non honoꝛificabit patrem
ſuũ aut matrẽ ſuã.Et irritũ feciſtis
mandatũ dei ꝓpter traditionẽ ve
ſtram hypocrite:bene pꝛophetauit
de vobis Eſa.dicens.Ppĺs hic la- M
bijs me honoꝛat:coꝛ aũt eoꝝ lon-
ge eſt a me.Sine cauſa autẽ colũt
me:docentes doctrinas ꝛ manda-
ta hoim.Et cõuocatis ad ſe turbis



dixit eis.Audite ꝛ intelligite.Non
qd̃ intrat in os coinquinat hoiem:
ſed qd̃ pꝛocedit ex coꝛde hoc coin-
A quinat hoiem.Tunc accedẽtes di
ſcipuli eius dixerunt ei.Scis quia
phariſei audito hoc verbo ſcanda
lizati ſunt.At ille reſpondens ait.
Oĩs plantatio quã nõ plãtauit pa
ter meus celeſtis eradicabit.Sini-
te illos.Ceci ſunt ꝛ duces cecoꝝ.
Cecus autem ſi ceco ducatũ p̃ſtet:
ambo in foueã cadũt.Rñdens aũt
petrus dixit ei.Ediſſere nobis pa-
rabolã iſtam.At ille dixit.Adhuc
ꝛ vos ſine intellectu eſtis.Non in-
telligitis:qꝛ omne qd̃ in os intrat
in ventẽ vadit:ꝛ in ſeceſſum emit-
titur.Que aũt ꝓcedunt de oꝛe de
coꝛde exeunt ꝛ ea coinquinãt ho-
minem.De coꝛde eñ exeunt cogi-
tationes male:homicidia:adulte-
ria:foꝛnicationes:furta:falſa teſti-
monia:blaſphemie.Hec ſunt q̃ co-
inquinãt hoiem.Non lotis autem
B manibus manducare non coinqui-
nat hominem.

ACceſſerunt ad ieſum ab hie
roſolymis ꝛc.Mat.xv.Mar
ci.vij.In preſenti euãgelio
tangunt tria puncta q̃ ſunt.
phariſeoꝝ ꝯfutatio:ppĺoꝝ
cõfirmatio:ꝛ diſcipuloꝛum infoꝛmatio.
¶Quantũ ad primũ ſciendũ eſt ꝙ a tpe
moyſi de voluntate dei ꝯſtituti ſunt ſe-
ptuaginta ſenes etate ꝛ moꝛibus matu
ri ꝛ ſcientia pꝛediti ſup quos erat moy-
ſes:ꝛ ſic erant ſeptuaginta vnus.Et ex
illo tpe ſtatutum eſt ꝙ tot eſſent ad regi-
men ppĺi oꝛnati:q̃ dicebant iudices oꝛ-
dinarij:ꝛ ꝑ impoſitionẽ manuũ inſtitue
bant:ꝛ reſidebant in hierĺm:ꝛ ad eos fie
bat recurſus in q̃õnibus difficilibus:et
eoꝝ determinatio habebat ꝓ lege fir-
C ma quã trãſgredi nõ licebat:vt habetur
Deut.xxviij.Iſti etiã ſtatuebãt aliqua
tanq̃ neceſſaria ꝛ q̃dam ſub monitione
tanq̃ decẽtia ꝛ honeſta.De talib⁹ autẽ
erat ſtatutũ ꝙ hic tangit:ꝙ.ſ.accedẽtes
ad menſaʒ prius lauarẽt manus.Uerũ
tñ ſcribe ꝛ phariſei hoc mandatũ trahe
bãt ad falſitatẽ:ꝙ.ſ.ꝑ talẽ lotionẽ acq̃re
retur aliqua mũditia ſpũaĺ.Et mouebã
tur ad hoc:qꝛ i lege ꝑ coꝛpales ablutio D
nes aliq̃ immũditie dicebant aboleri.Et
qꝛ diſcipuli xp̃i illa q̃ nõ erãt neceſſaria
ſʒ magis ſm iſtoꝝ intellectũ ſupſtitioſa
nõ obſeruabãt:xp̃m i ſuis diſcipulis ar
guebãt tanq̃ ꝯtẽptoꝛẽ doctrĩe ſenioꝝ:vt
ſic redderẽt eũ ppĺo odioſum.Oĩa hec te
ſtat Nic.de ly.Foꝛte tñ ꝙ illi ſenioꝛes q̃
fecerũt h̃ ſtatutũ nõ fuerũt illi iudices oꝛ
dinarij:q̃ vident fuiſſe magne autoꝛita
tis:ſʒ fuerũt talmudiſte:vt vr̃ velle Pau.
burgeñ.hebre⁹ q̃ finxerũt multa vana ꝛ
inutilia ꝛ irrationabilia:qꝛ vt ait Bed.
ſcripturas nõ ſane itelligebãt.Uerbi cã
Cũ dr̃ Eſa.j.Lauamini mũdi eſtote hoc
accipiebãt de lotiõe coꝛpali.Et inde vt
ait venit iſta ſupſtitionũ diuerſitas.Iſta
etiã lotio manuũ foꝛte nõ fuit lotio q̃ cõi
ter ẽ i vſu hoim:ſed q̃dã lotio ſm ſpãlez
ritũ vt innuit Mar.vij.Ubi dr̃.Phariſei
ꝛ oẽs iudei niſi crebro lauẽt manus nõ E
mãducãt tenẽtes traditiones ſenioꝝ:ꝛ
a foꝛo.ſ.venientes niſi baptizent.i.lauẽt
nõ comedũt.Exiſtimabãt eñ ſe fieri im
mũdos ex cõuerſatione cũ alijs.Phari-
ſei ergo ꝛ ſcribe tenẽtes hoc ſtatutũ tan
q̃ legẽ voluerũt ꝯfundere xp̃m ſup eo:ꝛ
ad h̃ ab hieroſolymis i fra genezareth
venerũt.Et lʒ Marc⁹ videat innuere ꝙ
ſimpĺr venerũt:tñ nõ eſt ſic ſed malitioſe
venerunt:ꝛ ſm doctoꝛes p̃cipue Chꝛyſ.
ꝛ Rem.eoꝝ malitia aggrauat ex mĺtis:
cũ dr̃(Tũc)ſiue vt ait eccĺia(i illo tpe)q̃ñ
ſ.xp̃s mirãda mĺta fecerat q̃b⁹ ꝯuerti de
buiſſẽt ſʒ Chꝛ.(acceſſerũt ad Ieſum)ma
lo aio:vt pugnarẽt cũ eo ſm Raba.ꝛ ad
rep̃hẽdẽdũ eũ:ſm Remi.(ab hieroſoly-
mis)q̃ erat metropolis ꝛ ciuitas ſctã.ꝛ
ꝯſequẽter ſm Remi.debebant iſti alijs
eſſe melioꝛes ꝛ ſm Chꝛy.erant peioꝛes:
qꝛ maioꝛẽ ſupbiam poſſidentes(ſcribe) F
id eſt legis doctoꝛes:ſm Remi.(ꝛ phari
ſei).i.ſenioꝛes ppĺi:ſm eundẽ vel ſm ve
ritatẽ ꝛ ſenes ꝛ viri religioſi ac magne
autoꝛitatis i ppĺo.Senioꝛes autẽ ppĺi
p̃nt dici gñaĺr ſenes:ꝛ ſpãĺr iudices oꝛ-

dinarij(Dicētes.Quare diſcipli tui trāſ
grediūt traditiões) .i.ordinatiões: (ſe=
niorū).i.ſacerdotū:ſm Chry. q̄ multa no
ua inducebāt vt eſſent terribiliores : dū
⁊ ipſi viderētur legiſlatores ſicut ⁊ Moy
G ſes.Uel ſeniorꝝ.i. iudicū ordinariorū : q̄
forte oēs aut maior pars erāt ſacerdo=
tes.(Nō em̄ lauāt manus ſuas cū panē
manducāt)O magnā querelā ⁊ dignā:
vt primates regalis ciuitatis fatigētur.
Et hoc ſm Chry. ⁊ Beḋ.intelligit̄ de lo=
tione manuū q̄ eſt i vſu cōi:quā omitte=
bāt apl'i ſm Chry.ꝓꝓ duo.Primo qꝛ at=
tēdētes neceſſarijs de ſupfluis parū cu=
rabāt:nō lauabāt man⁹ vel nō lauabāt:
ſm ꝙ cōtingebat illis. Scḋo: qꝛ vt dicit̄
Marc.vj.tm̄ erāt occupati circa p̄dica=
tionē ⁊ reſpōſiones dādas ꝙ nō habe=
bāt ſpatiū māducādi.Scḋm. Remi. aūt
poſſunt p̄dicta intelligi nō de lotiōe cōi
manuū: ſꝫ de ſuperſtitioſa quā adinue=
nerāt ſeniores ⁊ hoc intellige qualiter=
cunqꝫ ſumātur ſeniores qꝛ lotio iſta aut
H erat ſuperſtitioſa in ſe: aut ſꝫ itellectū ⁊
vſum phariſeorū. xp̄s aūt nō dixit lotio
nē manuū eſſe malā:neqꝫ excuſauit apo
ſtolos quaſi bn̄ facerēt: ſꝫ ſm Chryſ.ſtati
reaccuſauit phariſeos:oñdens qm̄ eū q̄
magna peccat ꝑ paruis peccatis aliorū
ſollicitū:eſſe nō oportet.Un̄ ſeqtur.(Jp̄e
aūt reſpōdēs ait illis.Quare ⁊ vos trāſ=
gredimini mādatū dei) .ſ.de honore pa=
rētū. Nec attēdit xp̄s ad excuſandū apo
ſtolos.ſm Chry.ſꝫ ad obiurgandū pha
riſeos:vt oſtēdat eos friuola dixiſſe:⁊ ꝙ
ꝓꝓ hoies hoc facerēt (ꝓpter traditionē
veſtrā)q.d.ſm Hie.Cū vos ꝓꝓ traditio=
nē hoīm p̄cepta dei negligatis:q̄re diſci
pulos meos arguēdos creditis: ꝙ ſenio
rū iuſſa ꝑuipendāt:vt dei p̄cepta cuſto=
diant.Hec ille.Declarat autē quomodo
trāſgrederēt̄ p̄ceptū dei dicēs(Nā deus
dixit).i.p̄cepit:(Honora patrē tuū ⁊ ma=
trē):nō ſolū quo ad reuerētiā ſꝫ.ſ.Tho.
ſꝫ quo ad vite neceſſaria:Hie.Honor in
ſcripturis tm̄ nō tm̄ in ſalutationib⁹ ⁊ of
ficijs deferēdis:q̄tm̄ i eleemoſynis ⁊ ob=
I latione ſeruat̄.Hec ille.( Et q̄ male dixe
rit pr̄i vel mr̄i:morte moriat̄) in quo ſm
Chry.multo magis oñdit morte dignos
iſtos q̄ nō verbo ſꝫ opere dehonorabant

parētes:⁊ alios ꝺ ipſū docebāt.Ad intel
lectū aūt ſequētiū qꝛ valde ſunt obſcura
nūc in noſtro idiomate:credo aūt in he=
braico fuiſſe clara tūc qn̄ talis loquendi
modus erat in vſu:ſciēdū eſt p̄io ꝙ vbi
in latino habet̄ munus:in hebreo habet̄ K
corbā:qḋ ſignificat nō tm̄ munus ſꝫ mu
nus votiuū:ſm Ma.hiſto. i. rē quā quis
deo vouit vel cōſecrauit.Dicere ḡ mu=
nus quodcūqꝫ eſt ex me tibi ꝓderit:ē di=
cere:id qḋ ego cōſecraui vel voui deo ꝓ=
derit tibi:⁊ hoc dicebāt filij pr̄i ⁊ mr̄i ex
tollit̄ ab eo vita gr̄e remanēte vita natu
re.Cui xp̄s appꝛoꝑinquās i ſacr̄o pnīe
alligat vulnera ei⁹.in fundēs oleuꝫ mīe
cū vino iuſtitie.ducitq̄ꝫ in ſtabulū.i.ec=
cleſiā vbi ſimplices reficiunt̄.Et altera
die.i.in die cōfeſſiōis:pꝛia eñ fuit cōtri=
tiōis:ꝛ tertia ſatiſfactiōis.Dedit p̄lato
duos denarios.i.intelligētiā diuie ꝛ hu
mane legis dicēs.Curā illius habe ſalu
tarē pniam imponendo.ꝛ q̄dcunq̄ꝫ ſu=
pererogaueris vltra p̄cepta ad que q̄li=
bet tenetur.reddam tibi in vita eterna.

☞ Dñica.xiiij. poſt trinitatem.
☞ Tex.euan.Luc.cap.xv.

CUm iret Ieſus in hieru=
ſalē trāſibat ꝑ mediā ſa=
mariā ꝛ galileā:ꝛ cū igre F
deret̄ quoddā caſtellum
occurrerūt ei decēꝫ viri lepꝛoſi qui
ſteterunt a longe:et leuauerunt vo
cem dicentes:Ieſu pꝛeceptoꝛ miſe

rere noſtri. Quos vt vidit dixit. Ite
oſtendite vos ſacerdotibus. Et fa-
ctum eſt dū irent: mūdati ſunt. Unꝰ
autem ex illis vt vidit q̄ mundatus
eſt: regreſſus eſt cum magna voce
G magnificans deū. Et cecidit in fa-
ciem ante pedes eius grās agens.
Et hic erat ſamaritanus. Rn̄dens
autem Jeſus dixit. Nonne decem
mundati ſunt. Et nouem vbi ſunt.
Non eſt inuentus qui rediret et da
ret gloriā deo niſi hic alienigena.
⁊ ait illi. Surge ⁊ vade quia fides
tua te ſaluum fecit.

CUm iret Jeſus i hierl'm trāſ
ibat ꝑ mediā ſamariā ⁊ ga-
lileā.) Lu. xvij. In p̄nti euā.
tāgunt tria pūcta q̄ ſūt. Po-
ſtulatio: ſanatio: rep̄hēſio.
¶ Quātum ad p̄m ſ̄ l'ral'r sciendū eſt ꝙ
ſamaria aliqñ ſignificat regiā ciuitatē:
aliqñ ꝓuinciā. Nā cū ppl's dei. xij. tribu
bus ↄtineret ſub Roboā filio ſalominis
ſtulto diuiſum eſt regnū eiꝰ: ⁊ remāſerūt
ſibi due tribꝰ. ſ. iuda ⁊ beniamin. relique
aūt. x. fecerunt ſibi regē hieroboā: vt ptꝫ
H iij. Reg. xij. ⁊ ſedes regni. x. tribuum fuit
ſamaria ciuitas. Sed captiuitatis. x. tri
bubus ꝑ nabuchodo. regem baby. miſit
idē rex gētes q̄ colerāt terrā illā ⁊ dicti
ſunt ſamaritani ab illa ciuitate vel ꝓ
uincia. Et iſti colebāt ſimul deū ⁊ idola:
ſaltē aliquo tp̄e. Nā cū priꝰ colerēt ido-
la deꝰ imiſit beſtias infeſtātes eos: ideo
ſunt coacti colere deū. Et ſemꝑ fuerūt iu
deoꝝ inimici: ⁊ recipiebant q̄nq̄ libros
mayſi: ſed nō ꝓphetas. Dicit̄ ergo. (Dū
iret Jeſus in hierl'm). ſ. vltima vice qñ
ibat ad mortē (trāſibat ꝑ mediā ſama-
riā) ſumēdo ſamariā ꝓ ꝓuincia (⁊ gali-
leā) Quō aūt tranſiuit Jeſus ꝑ vias ⁊ ci
uitates gētium: vide. ſ̄. dn̄ica. xij. (⁊ cum
ingrederet̄ quoddam caſtellum) vt ibi ef
funderet cibum aiarum. i. doctrinā ſuam
(occurrerūt ei decem viri leproſi) in ip̄o
I ſcilicet ingreſſu caſtelli q̄ ſ̄m Titū ex-
tra ciuitates tāq̄ immūdi morabātur.
Occurrerunt inq̄ q̄ audierāt famā mi
raculoꝝ eius (q̄ ſteterūt a lōge) ꝓpter re

uerentiā xp̄i. ⁊ etiā q̄ ſanis appropinq̄-
re verebant̄ ꝓpter immūditiā ſuā eru-
beſcētes: ſ̄m Theo. (⁊ leuauerunt vocē)
lamentationis ⁊ dep̄cationis ex magno K
deſyderio ſanitatis (dicētes Jeſu prece
ptor) Scd̄m Theo. in hoc oñdūt ſe ieſū
deū eſſe credere. Un̄ ſubdit̄ (miſerere no-
ſtri). q. d. Potes nos ſolo verbo curare.
¶ Allegorice ſ̄m Aug. de ↄſ. euā. ⁊ Bedā
iſti leproſi ſunt heretici: q̄ in exterioribꝰ
i. in v̄bis oñdūt variū colorē: dū dāt que-
dā v̄a ⁊ q̄dā falſa. Lepra em̄ eſt viciū co
loris in ſup̄ficie ꝓtendēs varietatē. hi ta
liter ſunt ab eccl'ia vitādi. vt ip̄a exclu-
ſione coacti Jeſum p̄ceptorē magnis vo
cibus clamēt: ⁊ bene preceptorē Jeſum
appellant: q̄ in eius verbis errauerāt.
¶ Moral'r lepra ſignificat gñaliter om-
ne pctm̄ mortale: q̄ eſt morbꝰ incurabi-
lis: abominabilis: ⁊ vil'is. Sic pctm̄ mor-
tale nō pōt curari niſi v̄tute diuina. vt
ptꝫ. iij. diſ. xix. ar. j. ⁊ facit abominabilē
apō deū. ⁊ corrūpit vel'r oia dōa ↄ̄ña grāꝫ
dei q̄ ip̄m tollit grāꝫ. Sp̄ualiter tn̄ ſigni
ficat luxuriā: auaritiā: ⁊ ſuperbiā: q̄ eſt
morbus fetidꝰ: ſitibūdus: et cōtagioſus.
Modus aūt quo iſti tales curandi ſunt
eſt. Primo per humilē ſui cognitionem: L
q̄ ſteterunt a lōge velut publicanꝰ. Et
ſcd̄o ꝑ intenſum deſyderiū ⁊ clamoſam
orationem: q̄ leuauerūt vocem. Et ter-
tio per puram confeſſionē: q̄ miſſi ſunt
ad ſacerdotes: vt videbitur.
¶ Quātū ad ſcd̄m l'raliter sciēdū eſt: ꝙ
lex moſayca mādauit Leui. xiiij. vt mū-
dati a lepra oñderēt ſe ſacerdotibꝰ pro-
pter duo. Primo: q̄ ſacerdotis erat iudi
care vtrū eſſent v̄e mūdati vel nō. Scd̄o
vt offerrēt ꝓ ſua mūdatiōe ſacrificiū in
lege ſtatutū. Legalia aūt habuerūt cur-
ſum vſq̄ ad xp̄i paſſionē i qua dixit. Cō-
ſummatū eſt. Un̄ xp̄s ea ſeruauit: vt ptꝫ
in circūciſiōe purificatiōe: ⁊ imolatione
agni. Jō quos a lepra ſanabat. ad ſacer
dotes mittebat. Sequit̄ ſ̄ (q̄s vt vidit di
xit. Ite oñdite vos ſacerdotibꝰ) vt. ſ. illi M
q̄rū intereſt expiant̄ v̄ram emūdationē
ſ̄m Theo. ⁊ vt opatis legale ſacrificium
purgationis ſ̄m Cyril. ⁊ vt publicet̄ mi
raculū ſ̄m Gorrā. Un̄ dixit ſacerdotibꝰ,
nō ſacerdoti ⁊ vt oñdat̄ ſp̄ualis curatio



nis ordo vt. ſ. poſt ↄtritionē ſequat̄ ↄfeſ-
ſio. Dicit autem q̄dā glo. ꝙ vitia alia ab
infidelitate dn̄s ꝑ ſeip̄m ſanat i mēte: ſꝫ
ꝑ hoc nō itēdit excludere ſecretā ↄfeſſio
A nē ſꝫ publicā recōciliationē ſ̄m Gorrā.
Notat aūt ēt idē h̄ ꝙ ſicut alienū: ita ⁊ ꝓ
priū delictū ei ſoli debemꝰ pādere q̄ poſ
ſit ⁊ velit ꝓdeſſe. Et vt dicit Theo. dn̄s
in hoc ſuo p̄cepto oñdebat eos eſſe curā
dos a l's ad q̄d eos miſiſſet vt iudicarent̄
de emūdatione. Un̄ ſequit̄ (Et factū eſt
dū irēt mūdati ſunt) diuia v̄tute: ↄcurrē
te fide eoꝝ ⁊ obediētia ad xp̄m. Cū autē
decē eſſent vnꝰ eoꝝ erat ſamaritanus. ⁊
ſ̄m Theo. reliq̄ iudei. Sꝫ ſamaritanꝰ ſta
tim vt ſe mūdū vidit: regreſſus eſt ad re
gratiādū xp̄o. Jō ſequit̄ [Unꝰ aūt ex il-
lis vt vidit q̄ mūdatꝰ eſt regreſſus ē cū
magna voce magnificās deū] Titꝰ. De-
dit aūt ei appropinquādi ↄfiduciā ſuſce-
pta purgatio. Un̄ ſubdit̄ [Et cecidit i fa
ciē ſuā aū pedes eiꝰ grās agēs] fidē ſuā
ſimul cū beniuolētia pādēs. Hec ille [Et
hic erat ſamaritanꝰ] Theo. Hic p̄t ↄ̄ńce-
re ꝙ nihil ipedit quēq̄ placere deo: etiā
B ſi de genere ꝓphano ꝓceſſerit dūmō bo-
nū gerat ꝓpoſitū. Nullꝰ etiā natꝰ ex ſan
ctis ſuperbiat nouē em̄ q̄ iſraelite erant
ingrati fuerūt. Hec ille. ¶ Allegorice sciē
dū eſt ꝙ pctōri nō ſufficit ↄtritio ſeu do-
lor de pctō vbi pōt h̄re copiā cōfeſſoris:
q̄ tenet̄ confiteri vt ptꝫ ꝑ oēs theologos
Jubet ergo dn̄s eos q̄ miam petūt a deo
ire ad ſacerdotes: vt. i. cōfiteant̄ iniq̄ta-
tes ſuas: ſed dū vadūt mūdant̄: q̄ ↄfeſ-
ſio iuſtificat in propoſito: hita anteq̄ ha
beatur in actu: dūmodo dolor ſufficiēs:
ſit: vt patet per. s. Thom̄. in. iiij. di. xvij.
¶ Moraliter inſtruimur quātū debeat
regratiari deo q̄ liberat̄ a lepra pcti. Ps̄.
Dirupiſti vincula mea: tibi ſacrificabo
hoſtiā laudis. Sꝫ multi reperiunt̄ igra-
ti ideoq̄ recidiuare permittuntur.
¶ Quantū ad tertiū l'raliter sciendū eſt
ſ̄m Nico. de Ly. ꝙ iſti nouē leproſi qui
C erāt iudei nō ſunt regreſſi ad grās agē-
dū xp̄o q̄ decepti fuerūt a ſacerdotibꝰ q̄
doctrine xp̄i ⁊ miraculis detrahebāt: et
ſ̄m eoꝝ informationē attribuerūt emū-
dationē ſuā obſeruationi legis ⁊ nō v̄tu
ti xp̄i. lꝫ a p̄ncipio fideliter ⁊ deuote peti

uiſſent ab eo ſanari. hos ergo rep̄hēdit̄
xp̄s tanq̄ igratos cū dr̄ [Et rn̄dēs ieſus
dixit. Nōne decē mūdati ſunt] Non in-
terrogat vt diſcat qd̄ neſcit. ſꝫ vt oñdat ſe D
ſcire ꝙ ſcit [⁊ nouē vbi ſunt. Nō ē iuen-
tus] ex illis decē [q̄ rediret ⁊ daret gl'iā
deo: niſi hic alienigena]. i. aliūde q̄ i po
pulo dei genitꝰ. Legit̄ aūt dn̄s in ſamari
tanis tria laudaſſe. p̄mo fidei facilitatē
Jo. iiij. Uidete regiōes q̄ iā albe ſunt ad
meſſē. Scd̄o miſericordie pietatē vt ptꝫ
Lu. x. de eo q̄ alligauit vulnera ſauciati.
Tertio bn̄ficij recognitionē: vt h̄. Quili-
bet igit̄ conet̄ eē bonꝰ ſamaritanꝰ. i. cu-
ſtos aīe ſue ꝑ h̄ tria. ¶ Sꝫ h̄ē vna dubi-
tatio. Tenet em̄. ſ. Tho. iij. q. xliiij. ꝙ xp̄s
nūq̄ aliquē ſanauit in corꝑe quē nō p̄us
ſanaret i aīa: faciebat em̄ miracula v̄tu-
te diuina. dei aūt ꝑfecta ſunt opa: vt dr̄.
Deut. xxxij. ca. ⁊ ↄ̄ñr talia opa ꝑtingunt
ad finē operātis. Finis aūt xp̄i curātis
corꝑa: q̄ erat ſalꝰ aiarū p̄ncipalꝰ vene-
rat aīas curare q̄ corꝑa: ſꝫ ↄ̄ iſta vr̄ eſſe
inſtātia de iſtis nouē leproſis ⁊ ēt de illo
ſeruo cui xp̄s abſciſſā auriculā reſtituit E
de q̄ nō h̄r ꝙ fuerit iuſtificatꝰ. Ad primū
horū dr̄ dupl'r. p̄mo ꝙ iſti leproſi fuerūt
p̄us iuſti in aīa q̄ mūdati vel tp̄e vel na
tura. ſꝫ tn̄ poſt emūdationē peccauerūt
mortal'r: q̄ ꝑdiderūt fidē ſuaſi a ſacerdo-
tibus ſ̄m quoſdā. Scd̄o dr̄ ꝙ forte iſti nō
peccauerūt ꝑ ifidelitatē: ſꝫ ꝑ ingratitudi
nē tm̄: q̄ tn̄ forte nō fuit pctm̄ mortale. vt
ptꝫ ex his q̄ de igratitudine dicit. ſ. Tho.
ij. ij. q. cvij. Juſtificatio aūt quā xp̄s facie
bat: nō ↄſtituebat hoīes ipeccabiles ve-
nialiter. imo nec mortal'r: vt ptꝫ in petro
negāte: de q̄ dubiū nō eſt ꝙ mortal'r pec
cauit. vel ſi hec igratitudo fuit pctm̄ mor
tale tn̄ p̄us fuerūt iuſti. vt dictū eſt. Ur̄
aūt rōnabiliꝰ ꝙ mortal'r peccauerūt: ſic
vel ſic q̄ nō eſt ꝓbabile xp̄m ꝓ veniali
ſic eos rep̄hēdiſſe. Ad ſcd̄m de ſeruo dicī
pōt ſil'r dupl'r. Primo ꝙ fuit iuſtificatꝰ ⁊
lꝫ hoc euāgelio nō habeat: nō tn̄ habet̄
oppoſitū. Scd̄o ꝙ dictū. s. Tho. intelli-
git de his q̄s xp̄s curabat q̄ſi exhibendo
bn̄ficiū hūc aūt curauit q̄ſi ſatiſfaciēs de F
bito apparēter. Nā actus petri videbat̄
iniuſtitiā ↄtinere apud illos q̄ xp̄m nō
nouiſſent: ⁊ ↄ̄ñr petrꝰ tenebat̄ apparen-

ter tali ſatiſfacere: etiam ꝑ mēbro ab-
ſciſo ſi potuiſſet. ſʒ q2 nō poterat: ſatiſfe-
cit ꝓ eo xp̄s. (Et ait illi. Surge ⁊ vade q2
fides tua te ſaluū fecit) diſpoſitiue ⁊ ex
cōgruo. dei aūt v̄tus effectiue. ¶ Allego
G rice ſm̄ Titū hic ſignificat ꝙ gētiles ſu-
ſceptis bn̄ficijs a xp̄o ad ſeū deuote cōfu-
gerūt. iudeis in ſua duritia ꝑmanētibꝰ.
¶ Moralr̄ in hoc ꝙ iſte q̄ fuit cōmēdatꝰ
a xp̄o tā̄ſ ſaluꝰ clamauit añ ſuā mūda-
tionē ⁊ poſt innuit ꝙ pctōꝛ dʒ clamare
ad deū ꝑ orationē ante ſuā ꝯuerſionē:
vt conuertat̄ ⁊ poſt conuerſionē vt con-
ſeruet̄. Nam quatuor ſunt ꝓpter q̄ cla-
mat hō. Clamat em̄ a facie ignis: a violē-
tia furis: ab impetu aquarum: a terrore
hoſtiū. In nobis aūt poſt ꝯuerſionē ad-
huc eſt ignis ꝯcupiſcētie: ⁊ ſunt in nobis
fures. i. oculi ⁊ aq̄ tribulationū: ⁊ ꝯtinuū
bellū aduerſus inimicos. ¶ Eſt etiā mo
raliter ſciēdū ꝙ lepra quinqꝫ modis le-
git̄ fuiſſe mūdata p̄rio ꝑ occultationē: vt
pʒ in manu moyſi. Exo. iiij. Et ſcd̄o ora
tione: vt pʒ de lepra marie Nume. xij.
Et tertio ablutione vt lepra naamā. iiij.
Regū. v. Et q̄rto tactu manus diuine vt
pʒ Mat. viij. Et q̄nto ipletione obediē-
tie: vt hic. Hec aūt ſignificant quinqꝫ re-
H q̄ſita ad mūdationē ſpiritualis lepre ſal
tē de bene eſſe. Primū ſui ipſius abſcon-
ſio a pctīs. ⁊ ſecūdū interceſſio ſanctoꝝ.
⁊ tertiū lachrymoſa cōtritio ⁊ confeſſio.
⁊ quartum infuſio gratie diuine. ⁊ quin
tum eſt humilis ſatiſfactio.

## Dn̄ica. xv. poſt Trinitatem.

## Textus euang. Matt. c. vj.

NEmo poteſt duobꝰ dn̄is ſeruire. Aut enim vnum odio habebit ⁊ alteruʒ diliget: aut vnum ſuſtinebit ⁊ alterum contemnet. Non poteſtis deo ſeruire ⁊ mā̄mone. Ideo dico vobis ne ſolliciti ſitis anime veſtre q̄d mā̄ducetis: neqꝫ corpori veſtro q̄d iduamini. Nōne aīa plus eſt q̄ꝫ
I eſca: ⁊ corpꝰ plꝰ q̄ꝫ veſtimētū? Reſpicite volatilia celi q̄m non ſerunt neqꝫ metūt neqꝫ congregāt in horrea: et p̄r veſter celeſtis paſcit illa. Nōne vos magis pluris eſtis illis? Quis aūt vr̄m cogitās pōt adijcere ad ſtaturam ſuā cubitū vnū. Et de veſtimento quid ſolliciti eſtis. Conſyderate lilia agri quomodo K
creſcunt non laborāt neqꝫ nēt. Dico autem vobis ꝙ nec ſalomō in omni gloria ſua cooperatꝰ eſt ſicut vnum ex iſtis. Si aūt fenū agri q̄d hodie ē ⁊ cras i clibanū mittit̄. deꝰ ſic veſtit q̄ꝫto magis vos minime fidei. Nolite ergo ſolliciti eſſe dicētes: q̄d mā̄ducabimꝰ aut q̄d bibemꝰ aut q̄ operiemur. Hec em̄ oīa gentes inquirunt. Scit em̄ p̄r veſter q2 his oībus indigetis. Querite ḡ primū regnū dei ⁊ iuſtitiā eiꝰ: ⁊ hec oīa adijciēt vobis.

NEmo pōt duobꝰ dn̄is ſeruire ⁊c. Matt. c. vj. In p̄n̄ti euāge. xp̄s docet iſtā ꝯcluſionem ſcʒ Nullꝰ dʒ hr̄e ſollicitudinem ſupfluā vel anxiā circa tp̄a-
lia: puta cibū potum: veſtitū: ⁊ hmōi. Et
tāgit tria pūcta q̄ ſunt. Rōcinatio. Exē- L
plificatio: ⁊ correctio. ¶ Quātū ad p̄mū
lr̄aliter ſciēdū eſt: ꝙ duplici rōne xp̄s cō
cluſionē ſuā ꝓbat. Et p̄ma ē talis. Q̄ñcū
fuerint duo dn̄i ꝯtrarij: cōtraria iubentes.
eligēdū eſt ſeruire meliori. cū nō ſit poſſi
bile ſeruire vtriqꝫ. Si deꝰ et mā̄mona. i.
demon q̄ diuitijs p̄eſt: ſeu ip̄e diuitie q̄n̄
domiant̄ affectui: ſunt dn̄i ꝯtrarij: q2 deꝰ iu
bet iuſtitiā aliꝰ rapinā. Iō eligēdū ē ſer-
uire meliori. i. deo ꝑ deuotionē: ⁊ nō mā̄-
mone ꝑ ſupfluā ſollicitudinē. Hāc ergo
rōnē tāgit xp̄s dicēs. (Nemo pōt duobꝰ
dn̄is ſeruire) q̄ñ. ſ. ſunt cōtrarij aut diſpa
rati ⁊ nō ſibijnuicē poſiti: vt in ꝓpoſito:
q2 auaritia q̄ eſt ſeruitꝰ idoloꝝ non pōt
ſtare cū diuino obſeq̄o: nec volūtas dia-
boli eſt ꝯformis volūtati dei. Ad intelle
ctū aūt ſequētiū ſciendū eſt ꝙ deꝰ ſm̄ ſe
a nullo poteſt odio hr̄i vt pʒ ꝑ. s. Tho.
iiij. diſ. l. ⁊. j. q. lx. ⁊ per Capreo. j. diſ. j. q̄ō.
ij. ⁊ ratio vna eſt: q2 deus eſt eſſentialis ⁊
prima bonitas. Nullus aūt poteſt odire M
puram ⁊ primam bonitatem: qua quili-
bet vult bonum neceſſario: ⁊ ꝯn̄r q̄libet
amat ipſam bonitatē qua bonū amatū ē



bonum. ⁊ ꝯn̄r amat primā bonitatē qua
oīs bonitas eſt bona. i. deū. Alia rō eſt:
q2 deꝰ eſt eſſentialis bonitas: ergo nullo
mō hʒ rōnē mali. ergo nullo mō eſt odi-
N bilis. In ſuis aūt effectibꝰ deꝰ odiri pōt
inq̄ꝫtū illi apprehendunt̄ vt mali: vtputa
pena quā infligit. Odit̄ ergo ip̄a pena ⁊
ꝯn̄r deꝰ illator eiꝰ odit̄ ꝑ accidēs inq̄ꝫtū
punitor: ⁊ nō ſm̄ ſe vl̄ ꝑ ſe. E cōuerſo aūt
diabolus in ſe ꝯſyderatꝰ. i. ſine ſuo effe-
ctu: lʒ nō ſine ſua mala volūtate eſt odi-
bilis: q2 eſt inimicꝰ noſter ad quē natu-
ralr̄ vt inimicꝰ eſt odiū habemꝰ. vñ non
eſt ꝓximꝰ noſter: nec tenemur: imo nec
debemus illū ex charitate diligere: vt pʒ
ꝑ. s. Tho. in. ij. ij. In ſuo tn̄ effectu aliq̄ñ
diligit̄ vt cū hoī ꝓcurat diuitias aut cor
poris voluptates. Dicit ergo ſaluator.
(Aut em̄ vnū odio habebit). ſ. diabolū: q̄
in ſe nō eſt amabilis ſuſtinet̄ aūt ſicut di
cit Aug. eo mō quo aliq̄s odiēs dn̄m ⁊ di
ligēs ancillā eiꝰ ſuſtinet durā ſeruitutē
ꝓpt amorē ancille. Sic etiā vani hoīes
amore voluptatū ſuſtinēt durā ſeruitu
O tē diaboli quē nō amāt. (Et alterū ꝯtē-
net). i. deū. Et nō dicit̄ odeo habebit: q2
deus nō eſt odibilis. Cōtēnūt aūt eū ho
mines vani q̄ſi de eiꝰ mā̄ſuetudine ⁊ bo
nitate ſecuri vt dicit btūs Aug. Exp̄mit
aūt ſpālr̄ ſaluator q̄ ſint iſti dn̄i dicēs
(Non poteſtis deo ſeruire ⁊ mā̄mone.)
Mā̄mona ſyriace latine d̄r diuitie. Per
mā̄mona ergo ſm̄ Hie. intelligunt̄ diui-
tie: q̄bꝰ ſimul cū xp̄o ſeruire nō pōt. Sed
ſm̄ glo. ꝑ mā̄mona intelligit̄ q̄dā demō:
ſic dictꝰ q2 p̄eſt diuitijs nō q2 poſſit eas
dare niſi vt deꝰ ꝑmittit: ſʒ q2 ꝑ eas hoīes
fallit: vt eadē gl. dicit. Sʒ reuera ſm̄ Au
gu. q̄ fuit diuitijs vt dicit Hier. ſeruit ēt
demoni: vt d̄t gl. Sūt aūt hic duo ſciēda.
primū eſt ꝙ vt colligit̄ ex varijs ſcriptu
re locis ⁊ dictis ſctōꝝ lucifer hʒ ſeptē du
ces: q̄ tētāt de ſeptē vitijs capitalibꝰ. Le
niathā q̄dē de ſupbia: mā̄mona de aua
ritia: aſmodeꝰ de luxuria: belberit d̄ ira:
belphegor de gula: ⁊ beelzebub de inui
P dia: ⁊ de accidia aſtaroth. Scd̄ʒ eſt ꝙ nō
dixit xp̄s: nō poteſtis deo ſeruire et hr̄e
diuitias: q2 aliō ē hr̄e diuitias ⁊ aliō eſt
ſeruire diuitijs. Hie. Qui diuitiaꝝ ſeruꝰ
eſt diuitias cuſtodit vt ſeruꝰ: q̄ aūt ſerui
tutis excuſſit iugū diſtribuit eas vt dn̄s.
Hec ille. Quidā em̄ amant diuitias ſu-
pra deū vt auari ⁊ filij illarū: q̄dā amant
eas: ſʒ infra ſeu minꝰ q̄ꝫ deū: vt viri imp
fecti. q̄dā eas nō amāt: ſed tenēt ꝓpter Q
deum: vt ſeruiāt de eis paupibꝰ ⁊ fami
lie: vt viri pfecti. Deinde ſaluator cōclu-
ſionē ſuaʒ ꝓbat ſcd̄a rōne q̄ talis eſt ſm̄
Hie. Chry. ⁊. s. Tho. ſup Matt. Quicūqꝫ
dat maiora: dabit etiā minora: ſed deus
dedit aīaʒ ⁊ corpꝰ q̄ ſunt maiora cibo: po
tu ⁊ veſtimēto. igit̄ iſta minora dabit ſi-
ne ſupflua ſollicitudine. Hanc ſaluator
tāgit dicēs. (Iō dico vobis ne ſolliciti ſitis
aīe vr̄e q̄d mā̄ducetis) ſm̄ Hie. in aliqui
bus textibꝰ addit̄ neqꝫ q̄d bibatis. Sʒ po
ſito ꝙ nō ſit de textu: ſaluator in cibo cō
cluſit ēt potū: quē cibꝰ neceſſario requi-
rit. (Neqꝫ corpi vr̄o q̄d induamini) Ad-
uertēdū eſt aūt ꝙ ſm̄ Chryſ. hic ꝑ aīam
accipit̄ ipſa aīa rōnalis cui mā̄ducamꝰ:
nō quaſi ipſa egeat cibo: ſed q2 ſine cibo
deficit corpꝰ ⁊ ꝯn̄r illa in corpe ſtare nō R
pōt. Sed ſm̄ Aug. ꝑ aīam hic accipit̄ vi-
ta corpalis ⁊ aīalis: ſicut ⁊ ibi: qui amat
aīam ſuā ꝑdet illā. Hec aūt aīa ꝑ cibū cō
ſeruat̄ in corpe Aduertēdum eſt ſcd̄o ꝙ
quidā heretici euchite appellati Aug. te
ſte li. de here. ⁊ li. de opibus monachoꝝ:
ex his verbis dn̄i dicūt ꝙ viro ap̄lico vt
puta religioſo nō lʒ opari manibꝰ ⁊ lu-
crari panē ſuū. Quoꝝ error ex h̄ ip̄o de-
ſtruit̄: q2 ſcp̄tura teſte i mltis locis btūs
paulꝰ opabat̄ manibꝰ ſuis lucrādo ſibi
victū: ne grauaret paupes xp̄ianos ⁊ vt
daret exēplū pſeudo ap̄lis: q̄ idebite vo
lebāt a ſuis auditoribꝰ ſtipēdia ſurripe
re. Lʒ ergo iſta ꝓcurare: imo quilibet q̄
nō hʒ tenet̄ ꝓcurare ſibi victū. Quilibet
em̄ tenet̄ ſe amare: q2 ꝓximū q̄libet te-
net̄ amare ſicut ſeip̄m. ergo q̄libet tenet̄
ꝯſeruare vitā ſuā ſicut ⁊ vitaʒ ꝓximi: et
magis. ⁊ ꝯn̄r q̄libʒ tenet̄ ſibi ꝓuidere de
his ſine q̄bꝰ viuere nō pōt. Vñ q̄ ex nota
bili negligētia ꝑmitteret ſe mori fame:
eēt dānatꝰ. Q̄d x̄o dicit (ne ſolliciti ſitis)
ſic dʒ itelligi. Ne ſolliciti ſitis. ſ. ſupflue ⁊ S
inordinate et anxie. Sicut em̄ habetur
ex doctrina ſancti Thom. ſup Mat. ⁊ ad
Phil̄. iiij. ⁊. ij. ij. q̄ō. lv. ⁊. j. q̄ō. cviij. et. iiij.
di. xv. et. iij. cōtra gen. ca. cxxxv. et in va-

rijs alijs locis: ſollicitudo dupl'r ſumit. Uno mō ꝓ diligētia q̄rēdi qḋ deeſt. Alio mō ſumit ꝓ anxietate aī cū defectu ſpei ꝛ iſta ꝓhibet: nec vnq̄ pōt eſſe laudabi-
G lis. Pria aūt pōt eſſe laudabilis ſ; eſt vitioſa multis modis: vt elicit ex locis p̄allegatis. Primo ſi ponat finis in re q̄ſita: ꝛ nō in deo: tūc em̄ eſt pctm̄ mortale. Secūdo ſi q̄rātur ſupflua neceſſitati ꝛ decētie ſtat⁹. Tertio ſi q̄rant neceſſaria cū ſupfluo ſtudio nimis imergēdo mētē in talib⁹. Quarto ſi q̄rant neceſſaria cū debito ſtudio: ſ; tn̄ cū diffidētia diuini auxilij: ita. ſ. ꝙ hō nō ſperet ꝙ ſi ip̄e faciat ꝙ pōt de⁹ debeat ſupplere. Hier. Precipit nobis ne ſolliciti ſim⁹ qḋ comedam⁹. Et qꝛ in ſudore vultus p̄param⁹ nobis panem: labor exercēdus eſt: ſollicitudo tollenda. Hec ille. Chry. ſup Matt. Nō em̄ ſollicitudinib⁹ ſpūalib⁹ ſed laborib⁹ corporalib⁹ acq̄rendus eſt panis: q̄ laborātib⁹ ꝓ p̄mio diligētie dn̄o p̄ſtāte abūdat ꝛ negligētib⁹ ꝓ pena deo faciēte ſubducit. Hec ille. Sequit (Nōne aīa plus eſt q̄ eſca) .i. maioris p̄cij (ꝛ corp⁹ pl⁹ q̄ veſtimentū) .q.d. ſm Hier. De⁹ q̄ dedit maiora: dabit etiā minora. Sicut etiā dicit
H Chryſ. Si de⁹ fecit hoīez vt ſit: cū eſſe nō poſſit ſine alimēto vtiq̄ exhibebit ei alimentū. Qḋ intelligendū eſt ſi hō faciat qḋ in ſe eſt qꝛ de⁹ nō fecit hoīem vt ſit: et viuat ꝯ ſuā volūtatē: ſ; vt ſit ſi velit eſſe. ¶ Quātū ad ſcḋm ſciēdū eſt ꝙ xp̄s ꝯcluſionē ſuā ꝓbat exēplarit: ꝛ adducit duo exēpla. Primū de cibo ꝛ potu: cum dicit (Reſpicite volatilia celi) .i. conſyderate aues q̄ volāt in celo .i. in aere. (Nō ſerūt neq̄ metūt neq̄ ꝯgregāt i horrea ꝛ p̄r vr̄ celeſtis paſcit illa) Sicut aūt teſtat Aug. quidā dicūt ꝙ exemplo celeſtiū auiū laborādū nō eſt: ſicut ille nō ſemināt neq̄ metūt: ſed vt idē ait: tales nolūt cōſyderare qḋ ſequit neq̄ ꝯgregant in horrea. Tales em̄ volūt hr̄e man⁹ otioſas ꝛ repoſitoria plena. Intendit ḡ ſaluator vt
I idē innuit: ꝙ ſicut de⁹ paſcit aues q̄rētes cibū ſ; ſollicitudinē ſue nature debitā: ita paſcet hoīes faciētes qḋ i ſe eſt qꝛ hō dignior eſt oīb⁹ aīalib⁹. Iō ſubdit. (Nōne vos pluris eſtis illis) .i. cari⁹ valetis ſ; Aug. de ſer. dn̄i. ſeu maioris eſtis p̄cij ꝛ ꝯn̄r multo magis de⁹ vos ꝯſeruabit ſi faciatis qḋ ī vobis eſt. Sicut aūt dr̄ Hie. q̄dā nimis alta ſapiētes ꝑ volucres accipiūt angelos: nō intelligētes ꝙ tūc falſe diceret: nōne vos pl'is eſtis illis. Poſ-
K ſum⁹ tn̄ ſm Hila. ꝑ aues demones intelligere: q̄s ſine ſollicitudine de⁹ ꝯſeruat: ꝛ ſūt minoris p̄cij q̄ ſint hoīes ſerui xp̄i: ꝛ hoc ineſſe gr̄e ſ; nō ineſſe nature. Cōfirmat aūt dn̄s qḋ dixerat ꝑ quoddā experimētū: vt dicit gloſ. cū ſubdit. (Quis aūt veſtrū cogitās) .i. cogitādo (pōt adijcere ad ſtaturā ſuā cubitū vnū) .q.d. nl'l⁹. De⁹ ꝑ ſinglos dies nutrimēta tui corpis facit Si ḡ i teipſo quotidie dei ꝓuidētia operat: qūo in neceſſarijs tuis ceſſabit: Si aūt vos cogitādo modicā partē corpori vr̄o addere nō poteſtis qūo cogitando ſaluādi eſtis i toto. Hec ille. ¶ Op; ergo excludere a nobis anxiā cogitationē et ſupfluā. Scḋm exēplū eſt de veſtitu: q̄ nō eſt ita neceſſari⁹ ſicut vict⁹ cū dr̄. (Et de veſtimēto q̄d) .i. q̄re ſolliciti eſtis. ſ. cū ſupfluitate ꝛ anxietate: q̄ſi diceret. Nulla eſt cā ꝙ ita ſollicitemini: q̄uis ꝑ hoc nō excludatur ſollicitudo debita vt di. Chry. (Cōſiderate lilia agri.) Chry. Nō
L āt vtit exēplo volucrū vt induceret pauonē vl' cygnū a q̄b⁹ erat ſil'ia exēpla accipere: ſ; vtit exēplo liliorꝫ. Uult ei ex duobus mōſtrare ſupabūdātiā a munificētia pulcritudinis ꝛ a vilitate p̄ticipātiū tali decore. Hec ille. Itē Chry. ſup Mat. oſtdit q̄ ſit liliorꝫ pulcritudo di. Lilia em̄ ſtatuto tp̄e formant i frōdib⁹: veſtiūt cādore iplent odorib⁹: ꝛ qḋ terra nō dederat: de⁹ iuiſibili ope largit. Hec ille. Si q̄s aūt dicat ꝙ iſte liliorꝫ ornat⁹ nō ē ex diuina ꝓuidētia: ſ; a caſu ſeu a fortuna. Cōtra hoc arguit: qꝛ ea q̄ a caſu ſūt raro eueniūt: vt pꝫ ꝑ Ari. ij. phyſ. Lilia āt ſemꝑ eodē mō veſtiunt ꝛ oīa lilia ſil'r Chry. ſup Mat. In oīb⁹ āt eadē plenitudo ſeruat vt nō ab euētu fcā putent: ſ; dei ꝓuidētia intelligant eſſe diſpoſita. Hec ille. Sequit (n̄ laborāt) vt viri (neq̄
M nēt) .i. filāt vt femie. Et vt magis in eis cōmēdet diuina ꝓuidentia: ſubdit cōparatio de ſalomōe: qui fuit gl'oſiſſim⁹. Nam fuit potētiſſim⁹: qꝛ vinēte Dauid patre ſuo factus eſt rex toti⁹ ppl'i dei .i. duodecim



duodeci; tribuū. Oēs aūt reges alij poſt eū habuerūt tm̄ duas tribus. Et vltra hoc regnū vt dr̄ .iij. Reg. iiij. erat hn̄s ſecū in ditione oīa regna a flumine terre philiſtijm: vſq̄ ad terrā egypti. Habuit
A etiā tātā familiā ꝙ vt ibidē dicit ſcriptura ꝑ ſingulos dies ſua curia volebat xxx. choros ſil'e. Chorus vt dr̄ dn̄s archiep̄s eſt mile librarū. ꝛ .lx. choros farine ꝛ .x. boues pingues ꝛ .xx. paſcuales .i. vitulos vt credo ꝛ cētum arietes excepta venatione caprarū ꝛ ceruorū ꝛ bubalorū ꝛ auiū. Iſta nō ſunt vana: qꝛ ſcriptura ſic teſtāt. Un̄ vt dicit qui. ſ. ſatis eſt rōnabile ꝙ .xxx. milia ꝑſonarū haberet in atrio ſuo. Habebat em̄ .xl. milia equorū curruliū: quos nr̄i leues appellāt ꝛ .xij. milia eq̄ſtrium. Fuit ēt ditiſſimus: qꝛ vt cōputat q. ſ. ex his q̄ dicit ſcriptura vbi ſ. ſu⁹ introit⁹ annualis cert⁹ erat .xlvij. milia nōgente q̄nquaginta due libre auri. Libra āt auri valet circa .xc. ducatos. De his oīb⁹ vide ſi vis archiep̄m .ij. parte .ti. v. Fuit etiā ſapientiſſimus: qꝛ habuit ſapiam infuſam a deo: vt dr̄ ſcriptura.
B Queſiuit etiā cōplacere mulierib⁹ in oībus. qꝛ ꝓpter amorē earū cū iā eſſet ſenex: viſus eſt ſapiam ꝑdidiſſe ꝛ adorare idola: ꝛ ꝯn̄r veroſil'e eſt ꝙ ſe q̄ntū potuit ornauerit ꝛ tn̄ nunq̄ equauit lilia: iō dr̄ (Dico aūt vobis ꝙ neq̄ ſalomō in omni gl'ia ſua coopertus eſt ſicut vnū ex iſtis) Hier. Reuera ꝙ ſericū q̄ regū purpura: q̄ pictura teſtricū pōt florib⁹ cōparari. Hec ille. Chryſ. Quid ita rubet vt roſa: q̄d ita cādet vt liliū. Uiole vo purpura nulla ſuperari murice: oculorꝫ magis q̄ ſermonis iudiciū eſt. Quātū em̄ veritatis ad mēdacium tm̄ veſtimētorꝫ ꝛ florū differētie. Hec il. Et notāter dr̄ i oī gl'ia ſua: qꝛ vt dr̄ Chry. nō ſolū interdū Salomon ſupat⁹ eſt a florū decore ſed ſemꝑ ita ꝙ nec vna quidē die equat⁹ eſt eis in pulcritudine. ¶ Eſt aūt notandū ꝙ tria ſunt agētia ſubordinata quorꝫ vnū eſt
C nobili⁹ altero: de⁹. ſ. natura ꝛ ars. Unde ars nūq̄ ita ꝑfecte opat vt natura: neq̄ natura vt de⁹. Iō nūq̄ fuit ita bonū vinū vt illud qḋ fecit xp̄s de⁹ ſm ſanctos neq̄ ita pulcri flores vel colores: vt illi q̄s facit natura: niſi eos faceret de⁹. Un̄ ſalomō nō equauit lilia in decore. Et vltra hoc veſtes Salomonis nō fuerūt ſine moleſtia facte vt veſtes liliorꝫ. Chry. ſup Mat. Salomō ꝛ ſi nō laborabat vn̄
D veſtiret tn̄ videbat. Ubi aūt eſt viſio illic ꝛ miniſtrātiū offēſa ꝛ iubētis ira frequēter inuenit. Hec ille. (Si aūt fenum agri) .i. lilia q̄ appellat fenū ſm Chry. vt oſtēdat eorꝫ vtilitatē reſpectu hoīm (qḋ hodie eſt) pulcrū. ſ. ꝛ decorum (ꝛ cras) .i. q̄ſi immediate poſt ſuā pulcritudinem. Uel cras ſm Hiero. ſumit ꝓ futuro ſm cōſuetudinē ſcripturarū (in clibanū mittitur) .i. in fornacē ignis: qꝛ alicubi teſte ſ. Tho. ſup Mat. ꝓ lignis habent ſtipule. Uel vt dicit gloſ. alij text⁹ loco clibani habēt aceruū qui eſt ſil'is clibano cū eleuet ad modū mōticuli: ſicut ꝛ cliban⁹ q̄ a cliuo dr̄ (de⁹ ſic veſtit) ſine ei⁹ ſuperflua cura q̄nto magis vos modice fidei. Uidet aūt hic ſumi fides ꝓ quadā ꝯfidētia. q̄uis poſſit ſumi ꝓ vera fide: quia ex magna fide: magna confidentia naſcitur. ¶ Ex his patet ꝙ opinio illorum qui dicunt deum nō habere prouidentiam de oībus in ſingulari eſt heretica:
E qꝛ eſt cōtra diuinā ſcripturā vt hic pꝫ de auib⁹ ꝛ lilijs. Eſt etiā iſta opinio ſtolida: qꝛ eſt expreſſe cōtra philoſophicā rationē: qḋ ſic pꝫ. Suppono em̄ primo id qḋ dicit Ariſto. lib. j. Phy. ꝛ experientia docet: ꝙ oē agēs aliquid aut mouēs agit ꝛ mouet illud ad aliquē finē. Et ꝓbatur oē agēs aut agit per volūtatē: vt hō angelus: ꝛ de⁹: aut ꝑ naturā vt bruta ꝛ alia vtrūq̄ aūt horū agit ꝓpt finē. Uel ſicut ſe mouēs in finē vt hō: vt ſicut motū ꝛ directū ab alio vt ſagitta. Scḋo ꝙ oē qḋ fit ꝛ mouet fit ꝛ mouet ad aliquē finē. Hoc em̄ ſeq̄t ex p̄io. Tertio qḋ cā principalis eſt cauſa effect⁹ cauſe ſecūdarie: vt puta ſi ſocrates tenēs baculū manu ꝑ illū voluat lapidē: nō ſolū baculus: ſed ꝛ ſocrates dicitur mouere lapidē imo magis q̄ baculus: quia cauſa
F primaria plus influit ꝙ ſecūda iuxta regulam philoſophie traditā in libro de cauſis. Et ratio eſt quia ſecunda cauſa habet totam virtutem ſuam a prima. Unde conſueuit dici ꝛ verum eſt: quod quicquid eſt cauſa cauſe eſt cauſa cau-

ſati per ſe. Quarto quod eſt vna prima
cauſa effectiua que a nulla alia mouetꝛ:
vt probatꝛ.ij. Meta. Iſta aūt cauſa effe=
B ctiua immobilis eſt tm̄ vna: vt ꝓbat Ari
ſtoteles.vij. Metaphi.⁊.viij. Phy.⁊ hoc
ipſum iſti ↄcedūt. Ex hoc autem ſequitꝛ
ꝙ oīs alia cauſa mouetur ab iſta quia ſi
vna eſſet que non moueretur ab iſta: iā
eſſent due cauſe immobiles ↄtra ſuppo
ſitū. Quinto ꝙ deꝰ quecūqꝫ facit ꝑ intel
lectū ⁊ voluntatē facit in creaturis: qꝛ
eſt ſpūs: ⁊ aliā non habet potentiā. Se
xto ꝙ ꝓuidentia ſit ratio ſeu cōceptus
mentis factus de rebus ordinandis in
finem. Executio autē ꝓuidentie eſt res
ordinare in finē ſm̄ predictū cōceptū vt
ptꝫ ex.s. Tho.j.par.q.xxij. Tunc arguo
ſic. Deus facit oēs cauſas per quartum
preſuppoſitū: ergo facit oēs effectꝰ per
tertiū preſuppoſitū: ergo facit oīa que
fiunt a quocūqꝫ propter aliquem finem
per primū ⁊ ſecundū preſuppoſitū: ergo
cōceptū habet ordinis oīm in fines eorū
per quintū preſuppoſitū. Si eñ per in=
tellectū facit: opꝫ vt cōcipiat: ſicut ⁊ qui
libet artifex ideo deus nouit oīa q̄ fue=
runt: que ſunt: ⁊ que erūt: ⁊ que eſſe poſ=
H ſunt: ⁊ eius ſcientia eſt infinitorū. Patet
ergo ꝙ deus habet prouidētiam de oī=
bus que fiunt: imo ipſe exequitur proui
dentiā ſuā: qꝛ ipſe mouet in oī mouēte
⁊ ſine eo tota natura non poſſet moue=
re capillum: ſicut neqꝫ baculus lapidē
ſine manu: nec manus ſine brachio: nec
brachium ſine homine. Mouere autem
aliquid ad ſuū finem per intellectū: eſt
habere ⁊ exequi prouidentiā circa talē
rem motam. ¶ Quantum ad tertiū xp̄s
hortatur nos ad firmiter tenendum cō=
cluſionem ſuam: dicēs (Nolite ergo ſol=
liciti eſſe).i. ſuꝑflue ⁊ anxie vt dicit glo.
(dicētes quid manducabimus aut quid
bibemꝰ: aut quo operiemur) Sic enim
querere pertinet ad eos qui diuinā pro
uidentiā negant circa ſingulares homi
nū actus: vt dicit.s. Tho. ſuper Matt. iō
I ſubditur. (Hec eñ oīa gētes inquirūt.)
Quia.ſ. in rebus humanis credunt eſſe
fortunā ⁊ nō prouidentiā vt dicit Chry.
ſuper Mat. Et ſubdit. Qui aūt credit ſe
iudicio dei gubernari eſcam ſuā in ma=
nu dei cōmittat cogit ⁊ aūt de bono ⁊ de
malo de quo niſi ſolliciꝰ fuerit. neqꝫ ma
lū fugiet: neqꝫ bonū apprehēdet. Hec il=
le. Et nota ꝙ per victū ⁊ veſtitū oīa ne=
ceſſaria intelliguntꝛ ꝓ quibꝰ ſperare de= K
bemꝰ in dño: faciendo qđ in nobis eſt iō
ſubditꝛ. (Scit eñ pr̄ veſter qꝛ his oībꝰ in
digetis.) Et ſm̄ Chry. nō dixit ſcit deus:
ſꝫ ſcit pr̄: vt nos magis ad amorē ↄſpē
ducat: qualis eñ eſt pr̄ q̄ ſuſtinet neceſ=
ſaria filio nō dare? Si aūt eſſēt ſuꝑflua:
non ita oporteret fidere. Hec ille. (Que
rite ergo primū).i. ex principali intētiōe
ſm̄ Aug. (regnū dei).i. vitā eternā que
eſt finis nr̄ debitꝰ (⁊ iuſtitiā eiꝰ).i. viā ꝑ
quā venitꝛ ad illud regnū ſm̄ Chry. (⁊
hec oīa).ſ. tꝑalia ſm̄ Aug. (adijcientꝛ vo=
bis) ſm̄ ꝙ erit vobis expediēs ſm̄ Aug.
ſuppoſita tñ debita ſollicitudine: q̄ ſm̄
Aug. notatꝛ in hoc ꝙ dꝛ p̄mū. Significatꝛ
eñ ꝙ ſcđario tꝑalia ſunt q̄renda: aliter
deū tētaremꝰ. Ptꝫ ergo cōcluſio intenta
ꝙ ſollicitudinē ſuperfluā ⁊ anxiā vitare
debemꝰ. Ex qua ſequitꝛ corolarie: ꝙ ſi qs
ambulet in veritate corā deo ⁊ faciat qđ
pōt: aut non deficiet in neceſſarijs: aut
veritas mētita eſt. Eſt ⁊ aliud ex dictis
notādū qđ hoīem in oībꝰ aduerſis ſuffi= L
cit cōſolari.ſ. ꝙ deꝰ hꝫ oīm etiā in ſpecia
li ꝓuidentiā. Hoc eñ eſt dicere ꝙ nulla
res tibi accidit q̄tūcunqꝫ minima niſi
deo ſciēte ⁊ volēte vel ſaltē permittēte
ad aliquem bonum finem.

Dñica.xvj. poſt Trinitatem.

Textus euan. Luc.c.vij.

Ibat ieſus in ciuitatem
que vocatur naim: ⁊ ibāt
cū illo diſcipuli eiꝰ ⁊ tur=
ba copioſa. Cum aūt ap
propinquaret porte ciuitatis: ecce
defunctus efferebatꝛ filiꝰ vnicꝰ ma
tris ſue. Et hec vidua erat: ⁊ turba
ciuitatis multa cū illa. Quā cū vi=
diſſet ieſus mīa motus ſuper eā: di
xit illi. Noli flere: ⁊ acceſſit ⁊ tetigit M
loculum. Hi aūt qui portabant ſte
terunt: et ait aduleſcens tibi dico
ſurge ⁊ reſedit q̄ erat mortuus ⁊ ce



pit loqui. Et dedit illū mr̄i ſue. Ac
cepit antē oēs timor: ⁊ magnifica=
bāt deum dicētes. Qꝛ ꝓpheta ma
gnus ſurrexit in nobis: ⁊ qꝛ deus vi
A ſitauit plebem ſuam.

Ibat ieſus in ciuitatē q̄ voca
tur naim ⁊c. Lu. vij. Circa ſu
ſcitationē aduleſcētis de quo
in p̄ſenti euāgelio fit mētio:
tria puncta tanguntur que
ſunt Magna deſolatio: magna miſera=
tio: ⁊ magna cōſolatio. ¶ Quantum ad
primū lr̄aliter tangitꝛ magna vidue de=
ſolatio: cum dꝛ. (Ibat ieſus in ciuitatē q̄
vocatꝛ naim) Eſt aūt naim ſm̄ Beđ. que
dā parua ciuitas galilee: ſcđo miliario
diſtans a mōte thabor. (Et ibāt cum eo
diſcipuli eiꝰ ⁊ turba copioſa) ex diuina
ordinatiōe ſm̄ Beđ. vt eēnt tāti miracu
li teſtes. Ibant ēt turba cū ieſu q̄tū erat
ex ſe ꝓpter varias cās dictas ſepiſſime
ſꝫ p̄cipue ꝓpter deuotionē ad doctrinā
et miracula eiꝰ. (Cū aūt appropinqua=
ret porte ciuitatis: ecce defunctꝰ efferebā
tur) ad ſepulturā q̄ antiquitꝰ erat extra
ciuitates: ne ex corruptione ⁊ putrefa=
ctione cadauerū inficeretꝛ habitatio (fi=
B lius vnicus).i. ſolus (matri ſue ⁊ hec vi=
dua erat) Greg. niſe. Erumne molē bre
uibus verbis explicuit Mr̄ vidua erat q̄
nō ſperabat vlteriꝰ filios ꝓcreare. Nō
hēbat in quē aſpectū vice defuncti diri=
geret. Hūc ſolū lactauerat: ſolꝰ aderat
alacritatis cā in domo. Nihil matri dul
ce ac pretioſū niſi hic ſolꝰ extiterat. Mi
ſeranda paſſio: et ad fletū ⁊ ad lachry=
mas potēs ꝓuocare. Hec ille. ¶ In hac
parte eſt documētū vt pietatis opa libē
ter ſectemur. Turba eñ huiꝰ ciuitatis:
qꝛ defunctū efferebat: meruit videre mi
rabilia xp̄i. ¶ Eſt ēt documētū quia iſte
mortuꝰ erat aduleſcens: iō caueāt adu=
leſcentes: qꝛ ſunt alijs ad mortē aīc ꝓ=
niores: ⁊ frequentiꝰ moriuntꝛ: niſi conē=
tur habere cōditiones virtuales: refre=
nātes eoꝝ cōditiones naturales. Conē=
tur igitꝛ ↄtra etatē laſciuiorē habere di=
C ſciplinatā cōuerſationē: maxime ꝑ obe=
diētiā ad ſeniores. Et ſcđo ↄ ſuā pulcri=
tudinē habere elōgationē a ꝑſonis ma=
le appetētibꝰ: maxime aduleſcētule. Et
tertio qꝛ faciliter aſſueſcunt dēt conari
vt ſua cōſuetudo fit circa bona iuxta il=
lud Thren. iiij. bonū erit viro cū porta=
uerit iugū dñi ab aduleſcētia ſua. Et q̄r
to: qꝛ parū ſunt experti: debēt eſſe tardi ⁊
rari in loquēdo. Et q̄nto qꝛ ſunt agilio=
res ⁊ magis in motu: debēt eſſe ēt ſerui D
tiales, vt motꝰ ſuos exerceāt in ſeruitio
ſenioꝝ maxime in religionibꝰ vbi p̄res
occupātur circa maiora: puta ſtudia et
predicationes ⁊ orationes ⁊ hmōi: in q̄=
bus iuniores nō p̄nt eſſe ita fructuoſi.
Uñ in ſignū huiꝰ ad imperiū dñi iſte ēt
a mortuis reſurrexit: ⁊ m̄ltomagis ad p̄
ceptū ſenioris dꝫ aduleſcēs a dormitio=
ne ſtatim ⁊ alacriter euigilare. ¶ Quā=
tū ad ſcđm dꝛ (Quā cū vidiſſet dñs mīa
motꝰ ſuꝑ illā) Xp̄s eñ ſicut vere naturā
humanā aſſumpſit: ita aſſumpſit oēs na
turales affectꝰ q̄ naturā cōſequuntꝛ. Iō
fuit ēt in q̄tū hō naturalr̄ valde pius ⁊
cōpatiēs: qꝛ natꝰ eſt de matre mīe: et de
p̄re miarū: ⁊ totiꝰ cōſolationis vt dꝛ. ij.
Coꝛ.j. (Dixit illi. Noli flere) quaſi dice=
ret ſm̄ Bedā. Deſiſte quaſi mortuū fle=
re quem mox reſurgere videbis. Hec il=
le. (Et acceſſit ⁊ tetigit loculū).i. feretrū.
E Ut aūt ſuā humanitatē oñderet organū
eſſe diuinitatis ſm̄ Cyril. loculū tetigit
cum poſſet ſolo verbo ſanare. Sicut eñ
vt idem ait: ferrū adiunctū igni perficit
opus ignis: ſic caro coniūcta verbo effe
cta eſt viuificatiua ⁊ mortis expulſiua.
(Hi aūt qui portabāt ſteterūt) forte ſpe=
rātes quod futurum erat. ¶ In hac par
te eſt documētū ꝙ in funeribus noſtris
debemus ex futura reſurrectiōe ſolatiū
capere. Titus. Iubens aūt ceſſare a la=
chrymis qui cōſolatꝛ meſtos monet nos
preſentibus defunctis conſolationē re=
cipere reſurrectionē ſperātes. Hec ille.
¶ Quantum ad tertiū dicit Titus. Nō
eſt ſaluator ſicꝰ helie flenti filium ſare=
ptane: nec qualis heliſeꝰ q̄ ꝓpriū corpꝰ
ſuꝑ corpꝰ poſuit defuncti: nec q̄lis petrꝰ
q̄ ꝓ tabita orauit: ſꝫ ip̄e ē q̄ nō entia, ve=
F lut entia vocat: q̄ mortuos ⁊ viuos allo
qui pōt. Hec ille. Unde ſequitur. (Et ait
Aduleſcēs) Sicut dicit.s. Tho. iiij. di. xl.
ſex ſunt hoīs etates ſm̄ ſex notabiles va
rietates in ſtatu eius. Prima eſt infan=
tia vſqꝫ ad ſeptimū annū. Scđa pueri=
tia vſqꝫ ad decimūq̄rtū. Tertia aduleſcē

tis vſq ad vigeſimūoctauū. Quarta iu-
uentꝰ vſq ad q̄nquageſimū. Quinta ſe-
nectꝰ vſq ad ſeptuageſimū. Sexta vſq
ad finē. Iſte ergo ingrediebat̃ florē eta-
tis. Et ſicut dicit Grego. niſſe. incipiebat
G emittere barbā. [tibi dico] ꝓpria auto-
ritate non orādo vt helias [ſurge] a ſta-
tu mortis ad ſtatum vite. Titus. Incū-
ctāter aūt erectꝰ eſt cui ſunt mādata di
recta. Diuina ei ptās eſt irrefragabilis:
nulla mora: nulla orationū iſtātia. Hec
ibi. Vñ ſeq̄t̃. [Et reſedit q̄ erat mortuꝰ ⁊
cepit loq̄] in ſignū vere reſurrectiōis ſɜ
Titū. Vñ ⁊ de ſimone mago legit̃ ꝙ mor
tuū ſuſcitauerit apparēter: ſed loq̄ non
potuit. Qūo aūt locutio ⁊ ābulatio ⁊ co
meſtio ⁊ hmōi poſſint eē ſigna efficacia
ꝟe reſurrectiōis: vide fe. iij. poſt paſcha
[Et dedit illi mr̄i ſue] ⁊ cū filio dedit ei
ꝯſolationē īfinitā q̄dāmō. [Accepit aūt
oēs] aſtātes [timor] admirationis. Vñ et
hoc factū vt dr̄ euāgeliſta. fuit diuulgatū
tāq̄ mirabile ꝑ totā iudeā: ⁊ in circuitu
regiōis [⁊ magnificabāt deū] ī xp̄o filio
H eiꝰ [dicētes q2 ꝓpha magnꝰ] antonoma
ſice. i. ille de q̄ ꝓdixerat Moyſes Deut.
xviij. ꝓphaꝫ ſuſcitabo eis. qđ de xp̄o
meſſia ītelligit̃ [ſurrexit ī nobis] Dñr āt
ſpūales viri ſurger̃ qñ eleuāt̃ ad aliquā
excellētē ſctitatē vł aliđ donū dei. Sic ei
eleuant̃ a cōi ſtatu hoīm ad altiorē [Et
q2 deꝰ viſitauit plebē ſuā] mittēdo ei ſal
uatorē expectatū diu. ¶ Eſt aūt notādū
ꝙ ſicut dicit Maximꝰ idoneū ē dicere ꝙ
ſeptē reſurrectiōes añ dñicā narrāt̃. q̄ꝝ
ꝑma ē filij ſareptane. Scđa filij ſunami
tis. Tertia q̄ facta ē ī reliquijs heliſei. q̄r
ta q̄ facta ē in naim. q̄nta filie archiſyna
gogi. Sexta lazari. ſeptia in xp̄i paſſiōe
multa nāq corpa ſurrexerūt. Octaua ē
xp̄i. q̄ exps mortis remāſit vlteriꝰ in ſi-
gnū ꝙ cōis reſurrectio q̄ futura ē nō tol
let̃ morte: ſɜ īdiſſolubilis ꝑmanebit. hec
ille. Vtrū aūt q̄ ī xp̄i paſſiōe ſuſcitati ſūt
ſint iteꝝ mortui ſicut dicit hic Maximꝰ
eſt dubiū apud aliq̄s. Nā ſicut dicit. s.
I Tho. iij. p. q. liij. Hier. ħ ſub dubio reliq̄t
Aug. aūt ad euo. dicit. ꝙ ſūt denuo mor
tui. cuiꝰ rōnes ſūt efficaciores q̄ rōnes.
Hie. Iđ tenet. s. Tho. ꝙ xp̄s fuit ꝑmꝰ q̄
ſurrexit: nō moriturꝰ. Et etiā ipſe Hier.

dicit: ꝙ ſi illi ſurrexerūt immortales: ſur
rexerūt poſt xp̄m. In hac parte exēplū
hn̄t vidue deſolate ſperādi in xp̄m: ⁊ re
currēdi ad ipm: ⁊ cōſolabit̃ eas: q2 non K
minus eſt miſericors mō: q̄ tūc eſſet qñ
flentē viduā ꝯſolatꝰ ē. Vñ. j. ad Tim. v.
Que vere vidua ē ⁊ deſolata: ſperet in
dño ⁊ inſtet orationibꝰ ⁊ obſecrationi-
bus nocte ⁊ die. ¶ Moralr̃ ſm oēs ſctōs
iſte defunctꝰ ſignificat pctōrē. Eſt enim
pctōr ad inſtar mortui primo frigidꝰ: q̄
frigiditas ꝓuenit ex vēto aq̄lonari ſug-
geſtionis diabolice ⁊ ex frigido veneno
pcti: ⁊ extinctione ignis diuinis amoris
Scđo eſt pōderoſus adeo ꝙ deꝰ ipſum
ſuſtinere nō pōt ſed mergit̃ de pctō in
pctm̄. Greg. pctm̄ qđ ꝑ pniam nō diluit̃
mox ſuo pōdere ad aliud trahit. Hec ille
Et tandē mergit̃ in abyſſum. Tertio eſt
fetidꝰ. Vñ ⁊ ꝑ porcos ſignificant̃ pctōres
in quos diaboli petierūt mitti. Monu-
mentū aūt pctōris eſt mala cōſuetudo:
a qua q̄s cū magna difficultate reuocat
in cuiꝰ ſignū dñs reſuſcitatꝰ lazarū fle- L
uit ⁊ orauit. Portitores aūt ad malā cō
ſuetudinē deferentes ſunt quatuor q̄ fa
ciunt in pctō ꝑſeuerare. ſ. fiducia diu vi-
uēdi. ꝯſyderatio aliene culpe: fiducia in
mia dei ⁊ blāda adulatio. Vel ſunt qua
tuor gñā paſſionū aīe q̄ nos a mala im-
pellūt. Primū eſt exiſtentiū in iraſcibili
reſpectu boni: vt amor: deſyderiū: dele-
ctatio vel gaudiū. Scđm exiſtētiū ibidē
reſpectu mali: vt odiū. fuga dolor vel tri
ſtitia. Tertiū eſt exiſtentiū ī iraſcibili re
ſpectu boni: vt ſpes: ⁊ deſpatio. Quartū
ꝟo exiſtentiū ibidē reſpectu mali vt ti-
mor: audacia ⁊ ira. De his vide. j. ij. qō.
xxiij. Porta aūt ex̃ quā ferebat̃ ſm Be-
dā eſt q̄cūq corporeus ſenſus: ꝑ quem
exercet̃ pctm̄. Vidua aūt ſui ſpōſi pn̄tia
deſtituta eſt ſctā mr̄ ecclia: q̄ ſuꝑ pctōri
bus plāgit. Ad cuiꝰ lachrymas ſepe xp̄s
ſuſcitat mortuos: verā tribuēs eis pniaꝫ
quā ſine diuino auxilio facere nequiuiſ
ſent. Cōfert aūt ad hoc turba q̄ erat cuꝫ
vidua. i. ſcti q̄ ſunt ī via ⁊ q̄ erat cū xp̄o. i. M
ſcti pr̄ie: q̄ ꝓ nobis orāt. ¶ Eſt aūt notā-
dū ꝙ tres tm̄ xp̄s mortuos legit̃ ſuſcitaſ
ſe. q̄uis ſm Aug. multo plures fuerit: ⁊
hoc ꝓ magno myſterio ſɜ ſctōs: nā filia



archiſynagogi fuit ſuſcitata adhuc exi-
ſtens intra domū: iſte aūt adoleſcēs ex̃
domū ſed nō de ſepulcro: lazarꝰ aūt de
ſepulcro. Per hos aūt ſignificantur tres
pctōres. Primus eſt pctōr in cogitatiōe
A tm̄ q̄ſi in domo q̄. ſ. ꝯſenſit q̄dē in pctm̄: ſɜ
nō executꝰ eſt illud. Scđs eſt in ope tm̄
⁊ nō hn̄s ꝯſuetudinē malā q̄ ꝑ ſepulcrū
ſignificat̃. Tertius eſt q̄ iā intrauit hoc
fetidū ſepulcrū: ⁊ magno difficultatis la
pide claudit̃. Nullꝰ aūt iſtorū fuit ſuſci-
tatꝰ ſine fletu: ſɜ maior fuit ī ſuſcitatiōe
tertij. Nā ī primo mortuo vt dr̄. Mar. v.
fuit fletꝰ. ſ. parētū ⁊ ſilr̃ h̄ flebāt. Sɜ cir-
ca lazarū fleuit martha: fleuit maria: fle
uerunt iudei fleuit xp̄s. q2 tales pctōres
cum maiori difficultate curantur.

☞ Dñica. xvij. poſt Trinitatem.
☞ Textus euange. Luc. ca. xiiij.

CUm intraret Ieſus ī do-
mum cuiuſdaꝫ principis
phariſeorū ſabbato man
ducare panē ⁊ ipſi obſer
uabant eū: ecce hō q̄dā hydropicꝰ
erat ante illū. Et rñdēs ieſus dixit
B ad legiſperitos ⁊ phariſeos dicēs.
Si licet ſabbato curare? At illi ta
cuerunt: ipſe ꝟo apprehēſum ſana
uit eū ac dimiſit. Et rñdens ad il-
los dixit. Cuius veſtrum bos aut
aſinus in puteū cadet: ⁊ nō ꝯtinuo
extrahet illū die ſabbati. Et nō po
terāt ad hoc rñdere illi. Dicebat āt
⁊ ad inuitatos ꝑabolā: itēdēs qūo
primos accubitꝰ eligerēt: dicēs ad
illos cū inuitatꝰ fueris ad nuptias
nō diſcūbas in primo loco: ne forte
honoratior te ſit ab illo inuitatꝰ: et
veniēs is q̄ te ⁊ illū vocauit dicat
tibi. Da huic locū. et tunc incipias
cū rubore nouiſſimū locum tenere.
Sed cum vocatus fueris vade re
C cūbe in nouiſſimo loco: vt cum ve-
nerit q̄ te inuitauit dicat tibi. Ami
ce aſcēde ſuꝑius. Tūc erit tibi glo
ria corā ſimul diſcūbētibꝰ. Q2 oīs
q̄ ſe exaltat humiliabit̃. ⁊ qui ſe hu

miliat exaltabitur.

CUm intraret Ieſus in domū
cuiuſdā ꝑncipis ⁊c. Lu. xiiij.
In pn̄ti euan. tāguntur tria
pūcta q̄ ſunt Malignatio: cō
firmatio: et admonitio. D
¶ Quātū ad primū tāgit̃ magna phari
riſeorū malitia aduerſus xp̄m. ¶ Eſt āt
aduertēdū ꝙ phariſei fuerūt apud iu-
deos religioſi magne opinionis. ⁊ q̄ ex-
trinſecꝰ ꝑtēdebāt magnā ſanctitatē: ſed
erāt hypocrite ⁊ auari ⁊ ſuꝑbi ⁊ oī vitio
pleni. Dicit ergo (Cū intraret ieſus) iui-
tatꝰ (domū cuiuſdā ꝑncipis). i. viri nobi
lis (phariſeorū). i. q̄ erat de ſecta phari-
ſeorū ſabbato. i. in die feſto: ī quo nō li-
cebat opari (manducare panē). i. refici.
Nā panis ⁊ aq̄ noīe in ſcriptura ītelli-
gunt̃ oīa q̄ veniunt in cibū ⁊ potū hoīs.
Unde. iiij. Reg. vj. dr̄ Pone panē ⁊ aquā
coram eis ⁊ ſequit̃. Et appoſita eſt cibo-
rum magna preparatio. (Et ipſi). ſ. pha
riſei obſeruabāt eū. Ex quo vr̄ ꝙ mali-
tioſe eū inuitaſſent. Sɜ q̄re iuit? Rñdet
Cyril. Quāuis inq̄t dñs malitiā phari- E
ſeorū cognoſceret: tñ ad eoꝝ vadit cōui-
uia: vt ꝓdeſſet pn̄tibꝰ ꝑ verba ⁊ miracu
la. Hec ille. Sed q̄d obſeruabant? Dicit
Cyrillus ꝙ obſeruabāt ſi aliq̄d faceret
eoruꝫ que erant ꝓhibita in ſabbato: et
precipue ſi curaret ſeu faceret miracu-
la circa infirmos: vt dicit magr̃ hiſtoria.
Vel ſi aliq̄d diceret aut faceret in q̄ poſ-
ſent eū notare tāq̄ veri inuidi ⁊ eiꝰ ini-
mici. Ecce ergo eoꝝ malitiā: q2 eū paſce
bāt cibo. ⁊ volebāt eū infamia mordere
Sed xp̄s volēs eos in totū cōfutare: fe-
cit vnum miraculū. Nā ſequit̃. (Et ecce
q̄dā hydropicꝰ) Eſt aūt hydropiſis mor
bus Beđ. ⁊ mag. hiſt. teſtibꝰ humor ſuc-
cutaneus de vitio veſice natus cū anhe
litu fetido ⁊ inflatione turgente. Vñ hic
morbꝰ ab aquoſo humore dr̄. Grece eīm
hydor: latine aqua dr̄. (erat ante illū) for
te inſidioſe adductus a phariſeis vel for
te ex ſe venerat ad medicū vt ſanaret̃.
Et miam petebat eoipſo ꝙ ante medi-
cum ſe ponebat. Non aūt audebat pete F
re verbo propter phariſeos ſm Cyrillū
Videns aūt eum xp̄s miſericordia mo-
tus eſt. Unde ſequit̃ (Et reſpondens ie-

ſus)Contra q̄ꝛ nullus loquebat̃ cum eo
Ad hoc dicit Bed. ꝙ loquebant̃ cum eo
cogitationes iſtorũ obſeruantium eum
q̄s ipſe nouerat. Quis dici poſſit ꝙ hic
ponit̃ reſponſio ꝓ locutione.(dixit ad
G legiſperitos).i.legiſdoctores ſeu ſcribas
(⁊ phariſeos. Si licet ſabbato curare?)
i.ſanare infirmos. Et in hoc ſm̃ Theo.
tanq̄ amẽtes eos deridet. q̄ꝛ illa dies eſt
a dño bñdicta. ⁊ ꝯñr in qua debẽt bona
opa fieri. Dies aũt q̄ bona opa nõ ad-
mittit eſt maledicta. Uñ etiã mag. hiſ. di
cit ꝙ mirũ eſt de ipſis: q̄ꝛ cũ in traditio-
nibꝰ ſuis habeãt circa ſeptuaginta gñã
operũ q̄ ſabbato nõ lʒ: inter illa nõ hñt
curã ĩfirmorũ. maxime q̄ fiebat ſolo ver
bo vt plerũq; xp̃s faciebat.(At illi tacue
rũt) Beda. Merito interrogati tacent q̄
ꝯtra ſe dictũ quicq̄d dixerint vidẽt. Nã
ſi licet ſabbato curare: quare ſaluatorẽ
an curet obſeruãt? Si non lʒ quare ipſi
ſabbato pecora curant. Hec ille. Jeſus
ergo neglexit eorũ inſidias: ⁊ nõ interro
gauit etiã ĩfirmũ ſʒ Cyri. q̄ꝛ videbat eũ
affectuoſe deſyderare ⁊ ſperare ſalutẽ
quã phariſeorũ metu oretenꝰ petere nõ
audebat. ideo ſequit̃.(Ipſe ỽo apphen-
H ſum ſanauit eũ ⁊ dimiſit) The. In q̄ nõ
hoc ꝓſpexit dñs ne ſcãdalizaret phari-
ſeos: ſʒ vt bñfaciat egẽti remedijs. De-
cet em̃ nos cũ magna reſultat vtilitas
nõ curare ſi ſtulti ſcãdalizant̃. Hec ille.
¶ Moraliter iſte hydropicꝰ ſignificat
multa pctõꝛũ gñã. Nã hydropicus ſm̃
Bedã hʒ tres miſerias. ſ. inflationẽ que
ſignificat ſupbiã: ⁊ inextinguibilẽ ſitim
q̄ ſignificat auaritiã: ⁊ exhalationẽ feto
ris q̄ ſignificat luxuriã. Hos xp̃s appre-
hendit q̄ñ de faucibꝰ diaboli ꝑ cõtritio-
nẽ eripit. Et ſanat q̄ñ facta ꝯfeſſione ab
ſoluit maxime ſi p̃cedẽs dolor nõ fuerat
ꝑfectus. Tũc em̃ ꝑficit̃ per claues Petri
apl'i. Et dimittit ꝯpleta ſatiſfactione: vt
liberi ad celũ poſſint euolare. ¶ Quãtũ
ad ſcõm ponit̃ phariſeorũ ꝯfutatio cũ dr̃
(Et rñdẽs ad illos dixit. Cuiꝰ vr̃m aſinꝰ
aut bos ĩ puteũ cadet ⁊ nõ extrahet illũ
I ꝯtinuo).i.ſtati(die ſabbati). q.d. magna
ẽ ſtultitia dicere ꝙ lʒ aĩali ſuccurrere ex
auaritia vt facitis vos ⁊ ꝙ hoĩ nobiliſſi
me creature nõ lʒ ſuccurrere ex charita
te.(Et nõ poterãt ad hec rñdere illi.)
¶ Moralr̃ iſti phariſei magis de aſino
q̄ de hoĩe curãtes: ſig̃t eos q̄ nõ hñt cu-
rã de aĩa ſua q̄ in pctõꝛũ ſordibꝰ volu-
tari patiunt̃: ⁊ tñ multũ curãt de corpo-
K re ꝙ tanq̄ aſinus pigrũ eſt ad bonũ. Uo
lunt em̃ tales oĩa ad corpꝰ ſpectãtia ha
bere pulcerrima ⁊ de aĩe pulcritudine
nõ curãt. Sʒ cõfundendi ſunt iſti a xp̃o
in die iudicij: taliter vt reſpondere non
poſſint. ¶ Quãtũ ad tertiũ ponit̃ moni-
tio q̄dã ſpectans ad humilitatẽ ꝯ phari
ſeorũ ſupbiã. Nõ ſolũ em̃ erant auari ſʒ
⁊ ambitioſi: q̄ꝛ multũ curabãt de primo
loco ĩ locis vbi plures cõueniebãt. Dici
tur ergo.(dicebat aũt ⁊ ad inuitatos) ad
ipſorũ phariſeorũ principe(parabolã.)
Eſt aũt hic aduertẽdũ ꝙ pabola vt ha-
bes dñica vltima poſt octa. epi. ꝓprie
eſt q̄ñ aliq̄d ad ſignificãdũ fingit̃. de quo
ſiue fuerit ſiue nõ: nõ curamꝰ. Et tũc vt
ibi dictũ eſt: ſenſus lr̃alis nõ eſt quẽ ꝓ-
prie voces exprimũt: ſʒ quẽ metaphori-
ce. Large tñ aliq̄ñ parabola dr̃ q̄cũq; cõ
paratio rerũ gñe diſſimiliũ etiã ſi vtrũq;
ſit vera res: vt ſi dicã. Sicut moyſes ex-
L altauit ſerpentẽ in deſerto ita exaltari
opʒ filiũ hoĩs. Et tunc illa parabola hʒ
duplicẽ ſenſum: vnũ qui ꝓprie ꝑ voces
exprimit̃ aliũ q̄ metaphorice. Et ita ẽ in
ꝓpoſito. Dixit ergo xp̃s parabolã. i. ali-
q̄d ſimile alteri: intẽdẽs ſignificare duo:
vnũ ꝓprie: aliđ trãſſumptiue. Proprie
q̄dẽ locutus eſt de materialibꝰ cõuiuijs
aut nuptijs (intẽdẽs). i. intelligens ſcõm
aliquos: vel intẽdẽs ſupple docere(q̄ũo
primos accubitꝰ). i. ſedes ad comedẽdũ.
Quia em̃ antiqui comedebant in lectis
aſſidentes mẽſe dicunt̃ accũbere: ⁊ ipſe
ſedes accubitꝰ(eligerent dicẽs ad illos.
Cũ inuitatꝰ fueris ad nuptias: nõ diſcũ
bas ĩ p̃mo loco) Cyril. Proſilire em̃ prõ-
pte ad honores q̄ nobis nõ cõueniũt iu-
dicat nos temerarios ⁊ facta noſtra vi-
tuperio replet. Hec ille. Uñ ſequit̃.(Ne
forte honoratior te ſit ab illo inuitatus
⁊ veniẽs is q̄ te ⁊ illũ vocauit dicat tibi
M Da huic locũ: ⁊ tũc ĩcipias cum rubore
nouiſſimũ locũ tenere.) ¶ Eſt aũt notan
dũ ꝙ nõ debemus eſſe preſumptuoſi in
poſſidẽdis incõgruis honoribꝰ. Primo



q̄dẽ q̄ꝛ malũ ẽ ⁊ diſplicẽs deo. Scđo aũt
q̄ꝛ dato ꝙ deũ nõ timeamus adhuc eſt
malũ ſm̃ id q̄đ q̄rimus: q̄ꝛ vt dicit Chry.
A ſatagens vt abũdet honoribꝰ non hono
ratur. Hec ille. ⁊ ſi aliq̄ñ honoret̃ loco tñ
apud mẽtes hoĩm aliq̄ñ ꝯtẽnit̃: vel ſal-
tẽ ſe exponit ꝑiculo ꝯfuſionis. Jſtis er-
go q̄ deũ nõ timebãt: ſaluator ſcđaʒ ad-
duxit cãm fugiẽdi talia.(Sʒ cũ vocatꝰ
fueris ad nuptias: vade ⁊ recũbe ĩ nouiſ
ſimo loco) Primo quidẽ ꝓpter deũ ⁊ hu-
militatẽ deinde ſi deũ nõ times: ſed vis
oĩno honorari: etiã ſic eſſet tibi faciẽdũ
maxime ĩter ꝑſonas ciuiles(vt cũ vene-
rit q̄ te inuitauit dicat tibi. Amice aſcẽ-
de ſupiꝰ: ⁊ tũc erit tibi gl'ia corã ſil' diſcũ
bentibꝰ) Jn his aũt verbis nõ hortat̃ ſal
uator vt vltimũ locũ teneamꝰ finalr̃ ꝓ-
pter hoĩm gloriã: inde ſequẽtẽ: ſed ex p̃-
ſuppoſitione loquit̃: ac ſi dicat: Si gl'iã
queris: ſtultus es facere id ꝓpter q̄đ cõ
fundaris: Uel loquit̃ de gl'ia q̄ ꝓuenit ex
actu bono ⁊ bñfacto: quã tñ poſtmodũ ĩ
deũ referre debemus. Si em̃ q̄rere glo-
B riã vt gl'ificet̃ deꝰ in bonis nr̃is nõ ẽ ma
lũ ſed bonũ: lʒ ſit infirmis ⁊ incipiẽtibꝰ
ꝑiculoſuʒ(q̄ꝛ oĩs q̄ ſe exaltat) p̃ſumptuo
ſe vltra d̃bitũ: nõ ſolũ ĩ loco ſʒ ĩ alijs(hũi
liabit̃) nõ ſolũ a deo ĩ futurũ ſʒ ĩterdũ ẽt
ab hoĩbꝰ in p̃nti q̄ gereferũt tales teme-
rarios. Et ecõuerſo(q̄ ſe hũiliat exaltabi
tur) ab eiſdẽ. ¶ Eſt em̃ ſciendũ ꝙ q̄ñ ali
q̄d eſt ĩ cõi cõſuetudine hoĩm vniuerſalr̃
dicimꝰ ſic fieri vel eſſe: q̄uis aliq̄ñ ita nõ
ſit. Utũ dicã ꝙ oĩ anno fructificãt vites
vel ꝙ oĩs hõ p̃mo bonũ vinũ ponit. Et
ſil'r eſt cũ dr̃. Oĩs q̄ ſe exaltat hũiliabit̃:
vel extrinſecꝰ vel ſaltẽ apud mẽtes hoĩʒ
deſpiciẽtiũ tales. Aliꝰ aũt lr̃alis ſenſus
eſt hic trãſſumptiue. Pro q̄ ſciẽdũ ẽ ꝙ
ꝑ nuptias ĩtelligit̃ eccl'ia militãs: ad q̄s
nuptias q̄s ꝑ baptiſmũ ĩgredit̃. Per p̃i
mũ locũ aũt ĩtelligit̃ oĩs dignitas ad quã
nullꝰ ſe dʒ ĩgerere: ſʒ dʒ q̄ſq; ſe meliores
ſibi p̃ponere q̄ntũ ĩ ſe eſt dũmõ ceſſet ob-
C ſtinatio: q̄ꝛ ait Baſi. ꝙ maiꝰ eſt ex repu-
gnantia ſupbie indiciũ: q̄ ex p̃mo accu-
bitu: q̄ñ eũ cũ impio obtinemꝰ. Hec ille.
Si aũt ita nõ egerit ĩuitator p̃ncipalis. ſ.
deꝰ a quo eſt oĩs p̃tãs ⁊ dignitas: deijciet
talẽ a ſua dignitate ſaltẽ ſpũaliter ꝑ ſen
tentiã dãnationis: aliq̄ñ etiã talẽ deijcit̃
tpali depoſitione. Si aũt aliq̄s humilr̃
refugiẽs ꝓmotiões: ſicut p̃res antiq̄ fa-
ciebãt: tãdẽ ex obedientia ſuſceperit di-
gnitatẽ: ⁊ ex charitate fraterna bñ vſus
fuerit ea: tãdẽ celeſtẽ gl'iã obtinebit. Jõ
dr̃. Et erit tibi gl'ia ⁊c. cuiꝰ ratio ſubdit̃.
D Q̄ꝛ oĩs q̄ ſe exaltat p̃ſumptuoſe ſe digni
tatibꝰ eccl'iaſticis ingerẽdo: humiliabit̃
mõ p̃dicto. ⁊ q̄ ſe humiliat vere ⁊ nõ fi-
cte: exaltabit̃ hic ꝑ gr̃am ⁊ ĩ futuro per
gloriã. ¶ Eſt aũt notãdũ ꝙ ĩ religionibꝰ
multi cũ magna potiꝰ obſtinatiõe q̄ hu
militate recuſant p̃lationis dignitatẽ:
q̄s ñ ẽ dubiũ male agere: q̄ꝛ ſũt tardi ad
obediẽtiã: q̄ ſe extẽdit ad indignitates ⁊
dignitates. Et ſi obijciat̃ ꝙ ſcti ita fece-
rũt: dico ꝙ verũ ẽ q̄ñ nõ a ſuis ſupioribꝰ
ꝓmouebant̃. ſʒ ꝑp'lis aduerſus maio-
res aũt nullꝰ ſcrũs ẽ obſtinatꝰ ĩ his ĩ q̄-
bus certꝰ ẽ ꝙ bñ facit obediẽdo vl' ſaltẽ
eſt dubiꝰ. Et ſi q̄s recte ſcrutet̃ talis ob-
ſtinatio venit ex amore ſui quẽ p̃ponũt
amori diuino. Nam ſi diligis me: paſce
oues meas. Eſt em̃ opus maxie charita
tis ꝙ q̄ ſibi vacare vellet: ſuã ꝯſolationẽ
negligat ꝓpter vtilitatẽ aĩarũ. Juſtifi-
E cãda eſt ergo ĩ p̃latione intẽtio: ⁊ deĩde
hũiliter dʒ q̄s ſuſcipe iniunctionẽ ⁊ pa-
tiẽter: imo alacriter ferre abſolutionẽʒ.
Sʒ iniũctionẽ ꝓterue recuſare: ⁊ d̃ abſo
lutiõe murmurare imo in ſuo corde do
lere: hypocritarũ eſt ac ſuperborum.

☞ Feria.iiij. quatuor temporum.
☞ Textus euange: Mar. ca. ix.

Reſpondẽs vnus de turba
dixit ad ieſum Magiſter:
attuli filium meum ad te
habentem ſpirituʒ mutũ.
Qui vbicunq; euʒ apprehenderit.
allidit eum et ſpumat et ſtridet dẽ-
tibus et areſcit. Et dixi diſcipulis
tuis vt eijcerent illum: ⁊ non potue
runt. Qui reſpondens eis dixit: O
generatio incredula q̄diu ero apđ
vos: q̄diu vos patiar: afferte illum
F ad me. Et attulerunt eum: Et cum
ſcitatio p̄dicte puelle. Pro qua aduertẽ-
dum eſt ꝙ vt dicit Chry. xp̄s voluit mo
rã contrahere in via interueniente cura
tione emoroiſſe ſed multis ſermonibus:
vt interim puella pfecte moreret: ⁊ cõſe
quẽter omnib⁹ pateficeret glorioſa reſur
rectio. Et ſicut alij euãgeliſte tradũt xp̄o
exiſtẽte in via nunciata eſt mors puelle
⁊ xp̄s ſtatim confortauit principem di-
cẽs. Noli timere: ſed tãtũ crede ⁊ ſalua M
erit. Et cũ veniſſet ad domũ nõ permiſit
ſe ſequi vel intrare niſi Petrũ ⁊ Jacobũ
⁊ Joãnem oſtẽdens ꝙ in operib⁹ mira-
culoſis non eſt oſtẽtatio querẽda. Et lʒ
vellet miraculũ ſciri tamẽ volebat etiã
vt populus



vt popul⁹ ſciret ꝙ ipſe quãtũ in ſe erat
de hoc nõ curabat: niſi propter honoreʒ
dei ⁊ ſalutẽ animarũ. Ideo querebat la-
tere ⁊ tamẽ volebat publicari vtrumꝗʒ
A ad edificationẽ noſtrã. Dicit ergo. (Et
cũ veniſſet in domũ principis) ingreſſus
ſcʒ cum trib⁹ predictis ⁊ principe (⁊ vi-
diſſet tibicines) Diuerſe eñ melodie di
uerſas excitãt paſſiones. Quedã auda
ciã vt bellice: quedã deuotionẽ: vt eccle
ſiaſtice: quedã letitiã vt vane: ⁊ quedaʒ
fletũ. ⁊ de his dicit Amb. More veteri ti
bicines ad excitãdos in mortuis ferebã
tur adhiberi. Hec ille. Tales erant iſti
(Et turbã tumultuantẽ). i. flentẽ ⁊ eiu-
lantẽ multũ vt dt Marcus (Et dicebat
Recedite) de camera ⁊ nõ de domo (Nõ
eſt eñ mortua puella) deo vt dicit glo. ⁊
ſi mortua eẽt hoib⁹ (ſʒ dormit) ei q̄ eque
faciliter a morte ſicut hõ a ſomno exci-
tat: ⁊ ampli⁹ [Et deridebãt eũ] Chriſt⁹
ſm Chryſ. nõ increpauit deriſionẽ vt ⁊
ipſa deriſio ⁊ tibie ⁊ oĩa alia demõſtra-
rent verã puelle mortẽ: quia multoties
poſtꝗ erãt facta miracula: hoies nõ cre
debãt [Et cũ electa eẽt turba] que talia
myſteria videre nõ merebat ſm Hie. eo
B ꝙ reſuſcitaturũ irridebat (intrauit) ca-
merã (⁊ tenuit manũ ei⁹) ſua ſctã manu
q̄ erat inſtrumẽtũ deitatis: ⁊ in qua erat
diuina virt⁹ infirmitatũ ſanatiua (Et
ſurrexit puella) veluti ex ſomno: cũ ea-
dẽ aĩa quã pri⁹ habuerat vt dicit Chry-
ſo. [Exijt fama hec in vniuerſam terrã
illã] ꝓpter magnitudinẽ ⁊ nouitatẽ rei
vt dicit glo. ¶ Allegorice in hoc euãge-
lio ſũt ſacra mirãda de idololatria pplꝰi
gẽtil: ⁊ poſt de ei⁹ ꝯuerſiõe ⁊ ĩfidelitate
ſynagoge ⁊ tãdẽ de ꝯuerſiõe ſynagoge i
fine mũdi. Raba. Archiſynagogus ſigt
Moyſẽ: ⁊ dr Jair⁹ q̄ſi illũinãs vl illumi
nat⁹: qꝛ accepit verba vite dare nobis:
⁊ p hoc cũctos illũinat ip̄e illuminat⁹ a
ſpũſctõ. Filia archiſynagogi eſt ip̄a ſy-
nagoga: q̄ velut duodecio etatis anno:
qḋ tp̄s pubertatis eſt: poſtꝗ ſpũalẽ ſo-
bolẽ deo gñare debebat: errorꝝ lãguore
C cõſternata ẽ. Ad hãc ergo p̄ncipis filiã
dũ pperat dei ỽbũ vt ſaluos faceret fi-
lios iſrael ſctã eccl'ia ex gẽtib⁹ ꝯgregata
ẽ interiorꝝ lapſu criminũ deperibat: pa
ratã alijs fide p̄cepit ſanitatẽ. ¶ Notã
dũ cũ archyſynagogi filia ſit duodẽnis:
⁊ mulier ẜ ab ãnis duodeci ſanguĩe flu-
xerit eo tp̄e ꝙ hec nata eſt illa cepit in-
firmari. Una ei ſeculi etate ⁊ ſynagoga D
ex patriarchis cepit naſci: ⁊ gẽtiũ exte-
rarꝝ nationũ idololatrie ſanie ſedari. nã
flux⁹ ſanguinis bifariã põt itelligi: hoc
ẽ ſup idololatrie pollitiõe: ⁊ ſup hiſq̄ car
nis ⁊ ſanguinis delectatiõe gerunt. Et
ſic ꝗdiu ſynagoga viguit laborauit ec
cleſia: ſʒ illa derelicta ſal⁹ gẽtib⁹ facta
eſt. Accedit aũt ⁊ tãgit dñm eccl'ia cũ eĩ
p fidẽ appropinq̄t. Hec ille. Glo. Credi-
dit dixit: tetigit: qꝛ his trib⁹. Fide ỽbo ⁊
ope oĩs ſal⁹ acq̄rit. Hec ille. Raba. Acce
dit aũt retro ſiue iuxta hoc ꝙ ip̄e ait. Si
ꝗs mihi miſtrat me ſequat: ſiue qꝛ p̄ntẽ
dñʒ i carne nõ vidẽs pactis iã ſacris in
carnatiõis illi⁹ ad agnitiõis illi⁹ grãm
pueĩt. Uñ ⁊ fimbriã veſtimẽti tãgit: qꝛ cũ
xp̄ʒ in carne gẽtiũ pplꝰs nõ vidiſſet: ỽba
icarnatiõis recepit. Ueſtimẽtũ ei xp̄i dr
myſteriũ icarnatiõis ei⁹: q̄ diuinitas in
duta ẽ fimbria veſtimẽti ỽba d icarna-
tiõe ei⁹ depẽdẽtia. Nõ aũt veſtẽ ſʒ fim-
briã tãgit: qꝛ ñ vidit i carne dñʒ ſʒ ſuſce E
pit p apl'os icarnatiõis ỽbũ. Btũs q̄ vel
extremã partẽ ỽbi fide tãgit. Nõ aũt in
vrbe ſed in itinere ꝓgẽte dño ſanat. Uñ
apl'i dñt: qꝛ idignos vos iudicatis eter-
ne vite ecce ꝯuertimur ad gẽtes. Gẽtili-
tas ãt ex hora dñici aduẽt⁹ cepit hr̄e ſa-
lutẽ. Hec ille. Hilari⁹. Myſtici ãt dñs do
mũ p̄ncipis. i. ſynagogã igredit cui i cãti
cis legis hymn⁹ luctuũ pſonabat. Hec il
le Hie. Uſqʒ ei hodie iacet i domo p̄nci-
pis mortua: ⁊ q̄ vident magr̄i ⁊ tibicines
ſũt carnẽ lugubre canẽtes. Turba q̄ʒ iu
deorꝝ nõ ẽ turba credẽtiũ ſʒ tumultuã-
tiũ. Sʒ cũ itrauerit plenitudo gẽtiũ tũc
oĩs iſrl' ſalu⁹ fiet. Hec ille. Hilari⁹. Ut ãt
rar⁹ ex lege credẽtiũ numer⁹ poſſit itel
ligi: turba expulſa eſt quã vtriqʒ ſalua-
ri dñs optaſſet. Sʒ irridẽdo dicta geſta-
qʒ ei⁹: reſurrectiõis nõ fuit digna ꝯſor-
tio. Hec ille. Hie. Tenuit ãt manũ ei⁹ ⁊ F
ſurrexit puella: qꝛ niſi pri⁹ mũdate fue-
rit man⁹ iudeorꝝ q̄ ſanguĩe plene ſũt ſy
nagoga eorꝝ mortua nõ ꝯſurget. Hec ille
Hilari⁹. Exeũte ãt fama i vniuerſaʒ ter

rā illā electiõis ſalꝰ: donuꝫ xp̄i atq̧ oꝑa
p̄dicant. Hec ille. ¶ Moralr ait Raba.
Puella in domo mortua eſt aīa mortua
in cogitatiõe: dicit aūt ꝙ puella dormit:
B qꝛ q̄ peccāt in p̄nti. adhuc ꝑ pniam reſu
ſcitari poſſunt. Tibicines ſunt adulato
res q̄ fouēt mortuā. Hec ille Gre. xv. Mo
ra. Foras aūt turba eijcit vt puella ſu-
ſcitet: qꝛ niſi prius a ſecretioribꝰ cordis
expellat ſeculariū multitudo: curaꝝ: aīa
q̄ intrinſecꝰ iacet mortua non reſurgit.
Hec ille. Raba. In domo aūt puella co-
rā paucis arbitris ſurgit iuuenis extra
portā: ⁊ Lazarꝰ corā multis: qꝛ publica
noxa publico eget remedio: leuis leuio-
ri et ſecreta poteſt deleri pnia. Hec ille.

## Dominica. xxv. poſt Trinitatē.
## Textus euan. Jo. c. vj.

Um ſubleuaſſet oclos Je-
ſus ⁊ vidiſſet qꝛ mltitudo
maxima venit ad eū dicit
ad philippum. Unde eme
mꝰ panes vt mādu cēt hi. Hoc aūt
D dicebat tētās eū. Ipſe eniꝫ ſciebat
q̄d eſſet facturus. Rn̄dit ei Philip-
pus. Ducētoꝝ denarioꝝ panes nō
ſufficiunt eis vt vnuſquiſq̧ modicū
q̄d accipiat. Dicit ei vnus ex diſci-
pulis eius Andreas frater ſimonis
Petri. Eſt puer vnus hic qui habet
quinq̧ panes hordeaceos ⁊ duos
piſces: ſed hec quid ſunt iter tātos.
Dixit ergo Jeſus. Facite homines
diſcūbere. Erat aūt fenū multuꝫ in
loco. Diſcubuerūt ergo viri nume-
ro quaſi quinq̧ milia. Accepit ergo
Jeſus panes: ⁊ cum gratias egiſſet
diſtribuit diſcūbentibus. Similiter
⁊ ex piſcibꝰ quātū volebāt. Ut autē
I īpleti ſunt dixit diſciplis ſuis. Col-
ligite q̄ ſuperauerūt fragmenta ne
pereāt. Collegerūt ergo ⁊ impleue
rūt duodeci cophinos fragmētoꝝ
ex q̄nq̧ panibꝰ hordeaceis q̄ ſuper-
fuerūt his q̄ mādu cauerāt. Illi er-
go hoīes cū vidiſſent qđ fecerat ſi-
gnū dicebāt. Qꝛ hic eſt vere ꝓphe-
ta qui venturꝰ eſt in mundum.

Abijt Jeſus trās mare gali-
lee ⁊c. Jo. vj. circa miraculū
de panibꝰ in p̄nti euā. tāgun
tur tria pūcta q̄ ſunt Mira- K
culi p̄paratio: Facti ꝑpetra-
tio: ⁊ xp̄i glificatio. ¶ Quātū ad p̄mū li-
teraliter ſciēdum eſt ꝙ bis circa panes
xp̄s miraculū fecit. Semel. ſ. poſt pēthe-
coſtē: vt dicit Mag. hi. qn̄ ex ſeptē pani-
bus ſatiauit q̄tuor milia hoīꝫ extra par
uulos ⁊ mulieres vt habet Matt. xv. Et
ſemel ꝓpe paſcha vt habet i p̄nti euā.
Dr̄ ergo (Abijt Jeſus) recedēs a iudea
qꝛ iudei ꝑſequebant eū eo ꝙ ſabbato lā
guidū curaſſet in ꝓbatica piſcina: vt di
cit Joā. ⁊ ipſe eorum furori cedebat ſm
Chry. (trās mare galilee.) i. vltra quā-
dā lacū de quo ⁊ de cuiꝰ noībꝰ habes. ſ.
dn̄ica. xij. Et ſm Theo. tranſit xp̄s de lo-
co ad locū: vt auidiores ⁊ ſollicitiores re
dat hoīes vniuſcuiuſq̧ ciuitatis vn̄ ſeq
tur (Et ſequebat eū multitudo magna)
que nō erat ruſticoꝝ. ſꝫ ciuiū. Mat. xiiij.
Turbe ſecute ſunt eū pedeſtres: de ci-
uitatibꝰ. Et hoc ꝓpter venuſtā xp̄i faciē L
⁊ dulcē doctrinā: ⁊ glioſa miracula: ſi-
cut dicit Chry. Quis etiā aliqui ſeque-
rentur ex inuidia ⁊ appetitu detrahēdi:
Maior tn̄ pars ꝓpter doctrinā ⁊ mira-
cula ſequebatur illū (qꝛ videbāt ſigna)
i. miracula (q̄ faciebat ſuper his q̄ infir
mabātur) Sanabat eīm eos corpore et
aīa: ita ꝙ ſicut dicit alchui. ⁊ s. tho. nul-
lū ſanauit in corpore q̄n ſanauerit i aīa:
ad quā ſanādā p̄ncipalr venerat (Sub-
ijt ergo in mōtē Jeſus) Pmo ſm Chryſ.
qꝛ erat ibi miraculuꝫ facturꝰ. Scđo ſm
eūdē: vt erudiret nos tumultus declina
re. Tertio forte aſcēdit: qꝛ erat locꝰ do-
ctrine ⁊ cōtēplatiōi cōgruus: iō ſubdit
(Et ibi ſedebat cū diſcipulis ſuis. ſ. quos
docebat ſm Chry. [Erat aūt ꝓximū pa
ſcha] In iſto paſchate xp̄s non fuit i hie
ruſalē ſm Chry. ⁊ Theo. ⁊ s. Tho. lꝫ de M
hoc eſſet legis p̄ceptū ⁊ cā eſt ſm eoſdē:
qꝛ paulatim ſoluebat legē oñdere vo-
lēs ꝙ illa legalia feſta ⁊ ſacrificia ceſſa-
re habebāt adueniēte veritate: et ꝙ ipſe



legi nō ſubijciebat. Sumebat aūt occa-
ſionē huius vt dicīt a iudaica nequitia
qui illū volebāt occidere. Qui eīm habe-
bant capitales inimicitias nō tenebant
A aſcēdere. Dicit aūt hic Beda. ꝙ ex hoc ꝙ
factum dicitur accidiſſe ꝓpe paſcha ſm
Joā. ⁊ Mat. dicit ꝙ xp̄s audita nece Joā
nis receſſit in deſertū ⁊ ibi hoc miracu-
lū fecit colligitur ꝙ Joānes ꝓpe vnum
paſcha fuit occiſus. ⁊ xp̄s ꝓpe aliud ſe-
quēs: ita ꝙ inter vtriuſq̧ mortē ſpatiū
fluxit vnius anni (dies feſtus iudeoruꝫ)
Addit aūt iudeoꝝ nō qꝛ alienatiōes ce
lebrarēt paſcha ſꝫ ꝓpter cauſas dictas
ſupra feria. ij. poſt. iiij. dominicaꝫ. xl. Et
addꝰ ꝙ forte hoc dixit. qꝛ qđ Joānes ſcri
pſit euāgeliū: iam diu erat ꝙ in eccleſia
non obſeruabāt iudeoꝝ feſta: iō hoc ad
didit vt ſciret etiā in lege veteri fuiſſe
paſcha celebratū etiā ab his q̄ pentha-
theucū nō viderūt: ſed ab idololatria cō
uertebātur ad deū. ¶ In hac parte do-
B cumentū eſt morale: vt rumores fugere
debeamus ⁊ tumultus mūdanos quibꝰ
inquietat aīus: ⁊ aſcēdere montē cōtē-
plationis ponēdo finē noſtrū in deo qꝛ
tūc nō ſentiemus mūdi p̄ſſuras. Gre. in
li. mora. Ille huius mūdi veraciter ma-
la ſentit qui eius bona inhianter appe-
tit. Nā cuius mens in altū ſuſpenditur
ſub ipſa eſt quicq̄d cōtra ipſam mouet.
Hec ille. ¶ Quātū ad ſcđm lrāliter tāgit
miracli ꝙ ꝑpetratio cū dr̄ (Cū ſubleuaſ
ſet ergo oclos ieſus (Beda. Oculos eīm
nō erigebat huc atq̧ illuc: ſed pudice ſe
debat attētus cū diſcipulis ſuis. Hec il-
le. [⁊ vidiſſet qꝛ multitudo maxima ve-
nit ad eū] cū tāta deuotiōe vt obliuiſce-
rent ſecū deferre cibaria [dixit ad phi-
lippum] Eſt autē ſciendū ꝙ ſicut dicit
Mat. xiiij. ⁊ Mar. vj. xp̄s videns multi
tudinē non ſtatim allocutus eſt Philip
pū ſed ſicut dicit Mat. curauit lāguidos
eoꝝ: ⁊ ſicut dicit Mar. docuit eos multa
C ⁊ ꝓtraxit ſermonem vſq̧ ad veſperam.
Et tunc dixerūt ei diſcipuli vt dr̄ Mar.
deſertꝰ eſt locus hic ⁊ iā in hora p̄terijt
dimitte illos: vt eūtes in ꝓximas villas
⁊ vicos emāt ſibi cibos q̄s mādu cēt. Et
rn̄dēs ait illis. Date illis vos mādu ca-
re: ⁊ dixerūt ei: eūtes emamꝰ ducētis de
narijs panes ⁊ dabimꝰ eis mādu care. ⁊
tūc ip̄e dixit ad philippū [Un̄ ememꝰ
panes vt mādu cent hi]. i. ex quo pretio D
ememꝰ: cū forte tātā ſūmā n̄ hērēt: vt ex
q̄ loco ememꝰ: cū forte tot panes nō po-
tuiſſēt ibi reꝑiri. Nō iterrogat āt ex igno
rātia ſꝫ Chr. ſꝫ vt euidētiꝰ fiat miraculū
ex rn̄ſione Philippi. Quē potiꝰ iterroga
uit q̄ aliū: qꝛ vt dr̄ Chr. ſciebat q̄ diſcipu
loꝝ eiꝰ āpliori idigebāt doctrina. (Hoc
aūt dicebat tentās eū.) Tētare aliq̄n eſt
ad malū ꝓuocare: ſic deꝰ neminē tētat:
ſed eſt offm̄ diaboli. Aliq̄n eſt experimē
tū ſumere de re icognita: ⁊ ſic deꝰ dr̄ tēta
re: nō quaſi ipſe expiat incognitū ſed qꝛ
facit alios expiri. ſicut Gen̄. xxij. tētauit
Abraā: vt eiꝰ obediētia alijs manifeſta
ret. Et ſic tētauit Philippū. ſ. vt ip̄e ſuā
tarditatē in credēdo agnoſcat: ſm Al-
chui. Uel vt hoc ip̄ꝫ alijs oñdat ſꝫ The.
Uel vt alijs fieret manifeſtꝰ defectꝰ pe-
cuniarū ⁊ panū: nō aūt vt ipſe addiſce-
ret qđ neſciebat. (Ip̄e eīm ſciebat q̄d eēt
facturꝰ) Sꝫ q̄re nō interrogauit Judā q̄
hēbat loculos. Ad h̄ dr̄ ꝙ philippꝰ erat
de illa patria oriūdꝰ ⁊ forte ēt magis ſol E
licitabat q̄ alij apl̄i vt turbā dimitteret
ad emēdos cibos (Dicit ei Philip. ducē
toꝝ denarioꝝ panes nō ſufficiūt eis: vt
vnuſq̄ſq̧ modicū q̄d accipiat). q. d. Neq̧
pecunia neq̧ res venales ſuppetit no-
bis. Alchui. in q̄ tarditatē ſuā oñdit. Nā
ſi ꝑfecte de creatore itelligeret: de eiꝰ po
tentie largitate non diffideret. Hec ille.
¶ Sed contra qꝛ beatus Marcus dicit
predicta verba fuiſſe reſponſa a diſcipu
lis. Ad hoc dicit Aug. de cō. euā. duplr:
qꝛ. ſ. philippus ore ceteroꝝ locutus eſt.
Uel ponit ſingulare pro plurali: vel ecō
uerſo. Dicit ei vnus ex diſcipulis eius.
Andreas frater ſimonis petri. Eſt puer
vnus hic] qui ſm Magiſtrū hiſto. credi-
tur vnus ex diſcipulis fuiſſe [qui habet
q̄nq̧ panes hordeaceos ⁊ duos piſces]
Hic videtur melius diſpoſitus q̄ philip
pus. Qꝛ enim audiuerat qđ heliſeus ex F
viginti panibus hordeaceis ſatiauit cē
tum homines: vt ait Chryſo. aliquid co
gitauit de multiplicatione horū: ſꝫ tn̄ vt
idē ait imꝑfecte credidit: qꝛ cogitauit ꝙ
de paucioribꝰ pauciora: de pluribꝰ plu-

ra xp̄s multiplicando faceret.iō ſubdit.
(ſed quid ſunt inter tantos:).q.d.Si iſti
multiplicēt vt m̄ltiplicauit Heliſe⁹:tm̄
l.viri ſū: comeſturi.Sed ↄ̄:qꝛ ſm Mar=
cum iſta v̄ba nō fuerūt Andree:ſꝫ diſci
G pulo℞.Ad hoc dicit Aug.de con.euā.ꝙ
Marcus poſuit plurale p ſingulari(Di
cit eis Jeſus.Facite hoīes diſcūbere).i.
ordinate ſedere ad mādu cādū Alcui=
nus.Ad lr̄am hoīes diſcūbere dicim⁹ ia
cēdo comedere more antiquo℞.Hec ille
Et vt intelligat̄ ille loc⁹ apt⁹ fuiſſe ſeſ=
ſioni.dꝛ.(Erat autē fenū multū in loco)
Theo.i.herba viridis. Erat eñ paſcha
qđ in p̄mo mēſe veris pficiebat̄.Hec ille
(Diſcubuerūt ergo viri.)Theo.ſoli viri
numerant̄ ab euāgeliſta qꝛ legalē ↄſue
tudinē ſequebat̄: q̄ a viginti annis ⁊ ſu
pra pplm numerare docet (nūero quaſi
q̄nq; milia)expectātes deuote q̄d actu=
rus eēt xp̄s.Et ſicut dicit Marc⁹ diſcu=
buerūt p cōtubernia:qꝛ vt dicit mag.hi.
diuerſa℞ villa℞ hoīes diuerſis locis ſe=
debāt.(Accepit ḡ Jeſ⁹ panes:⁊ cū gr̄as
egiſſet diſtribuit diſcūbētib⁹:ſilr ⁊ ex pi
ſcib⁹ q̄tū volebāt).ſ.ex piſcib⁹ ⁊ pani=
bus.ex q̄ ptꝫ ꝙ fuerūt multiplicati. Sꝫ
H q̄uo fuerūt multiplicati.Ad hoc dicit.s.
Tho.j.p.q.xcij.ꝙ eodē mō fuerūt multi
plicati quo ⁊ corpus.Eue formatū ex co
ſta viri. Quidā ḡ dicūt ꝙ ibi nulla fuit
materia addita:ſed tm̄ p̄exiſtēs maiorē
accepit quātitatē. Sed ↄ̄:qꝛ hoc fuiſſet
p rarefactionē.qđ nō eſt cōueniēs:qꝛ ra
refactio in talib⁹ multiplicationib⁹ nō
appareret.Itē qꝛ lꝫ.s.Tho.nō dicat:il=
li fuiſſent q̄dem impleti:ſed non ſatiati.
Impleti quidē rōne magne quātitatis
ſꝫ nō ſatiati rōne modicitatis ſubſtātie:
qꝛ vere ibi nō fuiſſet niſi ſubſtātia q̄nq;
panū.Ut ergo dicit vbi.ſ.hoc factū ē al
tero duo℞ modo℞:qꝛ de⁹ vel addebat
p̄exiſtēti materie aliā quā nouiter crea=
bat:vel pri⁹ creatā quā nouit̄ i panē cō
uertebat. Et ſcōm eſt pbabili⁹: ⁊ videt̄
mēs eſſe Aug.dicētis.Un̄ eñ multipli=
I cabat de paucis granis ſegetes:inde in
manib⁹ ſuis multiplicauit q̄nq; panes
Hec ille.Cōſtat aūt ꝙ ſegetes multipli
cāt̄ ex ↄuerſiōe humoris terre.Et idē dꝛ
de Eua.Dicit̄ tn̄ de⁹ ex q̄nq; panib⁹ ſa=
tiaſſe turbas:qꝛ illa materia q̄nq; pani
bus addebat̄.⁊ eodē mō Euā de coſta
formaſſe.Hec ex.ſ.Tho.Credo aūt illos
panes fuiſſe multiplicatos nō ſolū i ma
nib⁹ xp̄i vt dicit Aug.ſꝫ i manib⁹ aplo℞
⁊ i ore ⁊ in ſtomacho comedentiū donec K
fuerūt ſatiati nō eñ ē veroſile ꝙ xp̄s vl
apl'i tātā panis quātitatē attrectauerit
Et materia q̄ in panē ↄuertebat̄ credo
aerē fuiſſe q̄ panē circūſtabat.¶Eſt āt
notādū ſm Chry.ꝙ xp̄s ſuſcitās mor=
tuos ⁊ faciēs maiora miracula.nō orat
vt ſe deū oñdat ⁊ orōne nō idigere.Hic
aūt orat.Primo vt oñdat cibū ſumere
volētes debere gr̄as agere deo.Scđo vt
oñdat ſe eē a deo ⁊ nō ↄ̄trium deo.Un̄ vt
idē dicit qñ multi aſtabāt q̄bus oporta
bat ſuadere ꝙ eſſet amic⁹ dei orabat p
pter ſcđam rōnē dictā ſec⁹ qñ miracula
faciebat in occulto.Hinc eſt:lꝫ Chry.nō
dicat ꝙ etiā i maiorib⁹ aliqñ orauit:vt
in ſuſcitatiōe Lazari. ¶In hac pte eſt
morale documētū:de q̄ Theo.ait.Addi
ſcimus aūt ex miraculo ppetrato nō fie
ri puſillanimes i coartationib⁹ paupta
tis.Hec ille.¶Quātū ad tertiū oñditur
glorificatio xp̄i q̄ gl'iam ex ipſo facto:et L
ex teſtimonio turbarū reportauit:cū dꝛ.
(Ut aūt impleti ſunt).i.ſatiati.Ex q̄ ptꝫ
ꝙ miraculū fuit verū ⁊ nō apparēs(di=
xit diſcipl'is ſuis.Colligite q̄ ſupauerūt
fragmenta.)Nō dicit panes:qꝛ nullus
ibi māſit integer.Uoluit aūt colligi fra
gmēta.Prio ppter rōnē quā ipſe tāgit:
dicēs(ne pereant)ſꝫ ſupple pauperib⁹
miniſtrent̄.Scđo vt miraculum p reli=
q̄as publicaret̄ etiā apud illos q̄ nō in
terfuerūt.Tertio ppter figurā de qua
dicet̄.(Collegerūt ergo ⁊ impleuerunt
duodeci cophinos fragmento℞ ex q̄nq;
panibus hordeaceis.q̄ ſupfuerūt his q̄
mādu cauerāt)nō a caſu ſꝫ ex diuina or
dinatione vt tot eſſent q̄t apl'i.ſm Chry.
vt.ſ.p hoc ſignificaret̄.ſm Augu.ꝙ ea q̄
turbe comedere.i.capere nō valebāt in
mētibus pfecto℞ reconderent̄.Uel vt ſi
gnificaret̄ ꝙ ſinguli aplo℞ deferrēt ver M
ba xp̄i ⁊ reliquias doctrine ſue ad eos q̄
ipſum in carne docentē nō viderūt.Sꝫ
q̄uo ibi habuerunt cophinos:dicitur ꝙ
erant in aliqua villa vicina:vel delati
fuerunt vt multitudini venderent̄.Uel
ibi non fuerunt cophini:ſꝫ ex reliquijs
tm̄ ſublatū eſt quātū duodecim cophi=
A ni capiunt.Eſt aūt cophinus ſm magi=
ſtrū quid ex iuncis ⁊ palmarū folijs cō=
textū:⁊ credo ꝙ ſit idē qđ ſporta.(Illi er
go hoīes)qꝛ ſm Beđ.carnales erant et
carnaliter intelligebant cū vidiſſent qđ
fecerat ſignū deū eſſe illum neſciētes(di
cebant:qꝛ hic eſt vere ppheta)Nec tn̄
falluntur:qꝛ vt dicit Alchuinus:ipſe ſe
pphetam vocauit.dicens.Nō capit p=
phetā perire extra hierlꝫ.Mar.xiij.Fuit
tn̄ ⁊ cū d̄ oñs pphetarū ſꝫ Aug.qꝛ null⁹
eſt ppheta ſine verbo dei:quod eſt xp̄s
Chry.Ex hoc aūt ꝙ dicūt(q̄ ventur⁹ eſt
in mūdū)manifeſtū ē ꝙ pphetā quēdā
expectabant principalem.Et ideo qđ di
cit.Hic eſt vere ppheta:in greco cū adie
ctione articuli ponit̄:ad oſtēdendū.ſ.eū
eſſe diſcretū ab alijs pphetis.Hec ille.
¶In hac parte aūt eſt documentum ꝙ
dei opera miremur.de quo Aug.ait.Cō
ſyderandū eſt ꝙ qꝛ de⁹ nō eſt talis ſub=
B ſtantia q̄ videri oculis poſſit ⁊ mirabi=
lia ei⁹:quib⁹ totū mundū regit vniuer=
ſamq; creaturā adminiſtrat aſſiduita=
te viluerūt ſeruauit ſibi quedā q̄ face=
ret oportuno tpe p̄ter vſitatū curſum or
dinēq; nature:vt nō maiora ſed inſoli=
ta videndo ſtuperent q̄bus quotidiana
viluerunt.Maius eñ miraculū eſt gu=
bernatio toti⁹ mūdi q̄ ſaturatio q̄nq; mi
lium hoim de q̄nq; panib⁹:⁊ tn̄ hoc ne=
mo mirat̄.illud mirant̄ hoīes nō qꝛ ma=
ius ſed quia rarum eſt.Hec ille.
¶Allegorice ſm Alchuinū xp̄s mare ga
lilee.i.p̄ſens ſeculū adijt naſcendo trāſ
iuit moriendo ⁊ reſurgendo:⁊ ſm Beđ.
aſcendit in montē.i.in celū p aſcenſionē
⁊ ſequunt̄ eū ſm Alchuinū turbe cōuer
ſo℞ ad fidem.Iſti v̄o panes q̄nq; fue=
runt quinq; libri ſm Auguſti.qui fue=
runt hordeacei.i.groſſe corticis:ſm eun
dē:qꝛ in tali lege ſpūalia ſub corporali
bus ſacramētis tegebant̄:vel ſm Beđ.
qꝛ hordeū eſt iumento℞ ⁊ ceruo℞ pa=
C bulum.iudei aūt cerui fuerunt ⁊ iumē=
ta qꝛ carnales.Duo piſces ſm Alchui=
nū fuerūt doctrina pphetarū ⁊ pſalmi
ſte.Puer vero q̄ iſta portabat nec man=
ducabat ſm Augu.eſt iudeo℞ populus
ſenſus puerilis.Iſta ſm Aug.lxxxiij.q.
fregit xp̄s apl'is diſſerendo:⁊ illi turbe
⁊ ſic totū mūdū ſatiare.Un̄ ⁊ ſm Alchui=
nū qꝛ nō fecit nouos panes ſignificat ꝙ
non reprobauit veterem ſcripturam:ſꝫ
aperiendo patefecit.
¶Moraliter.Quinq; panes ſunt quos N
nobis xp̄s exhibet quātū in ſe eſt.et q̄s
vult nos māducare vt inde maximā cō
ſolationē reportemus.Primus eſt peni
tētialis q̄ dꝛ panis lachrymarū ⁊ dolo=
ris:⁊ cōficit̄ ex pctis cōtritis ⁊ cōminu=
tis.Scđs eſt ſacramētalis.i.euchariſtia
q̄ dꝛ panis viuus.Iſte factus eſt i arca
vteri virginalis ex tribus farinis.ſcꝫ
deitate aīa ⁊ corpore.⁊ i cruce fuit q̄nq;
vulneribus inciſus.⁊ manducat̄ ſpiri=
tualiter tm̄ ab oībus iuſtis p meditatio
nem ⁊ ſacramentaliter tm̄ a pctōribus
cōicantibus ⁊ vtroq; modo a iuſtis cōi=
cantib⁹.Tertius eſt materialis:quē de
bemus comedere in ſocietate alio℞ me
diante eleemoſyna.Quartus eſt doctri
nalis q̄ eſt cibus anime:ſm illud Mat.
iiij.Non in ſolo pane.ſ.materiali viuit
homo:ſed ⁊c.⁊ eſt diuina ſcriptura i qua
aīa p lectionē ⁊ meditationem refici dꝫ. O
Quintus eſt celeſtialis q̄ manducat̄ in
regno dei vt ptꝫ Lu.xiiij.⁊.xxij.dicit̄.Ego
diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pa=
ter meus regnū vt edatis ⁊ bibatis ſup
mēſam meā i regno meo.Iſte panis ē vi
ſio deitatis:vel deus viſus ad quē toto
corde debemus anhelare:⁊ p panē la
chrymarum.⁊ panem ſacramentalem ⁊
materialem:⁊ doctrinalem ad illum p=
gere p̄ſtante xp̄o Jeſu dño nr̄o:q̄ cū pr̄e
⁊ ſpūſancto de⁹ regnat in eternū.Amē.

¶Finis Tractatus ſecundus.

Quia repleta eſt terra
ſcia dñi ſicut aq̄ maris
operiētis:vt olim p̄di=
xerat Eſa.c.xj.⁊ iā fide
liū multitudo ex diui=
ni v̄bi frequēti vſu ad P
aliqua ſubtiliora cōtē
plāda pōt aſſurgere:nūc ſup euāgelijs
tpalib⁹ feſtiuis volo q̄dā ſubtiliora mo

uere q̄dā ꝓ etiā diſcutere:ſuꝑ ferialiſ-
bus aūt plerūqꝫ mouere t̄mīnō.Ea ē em̄
librorꝫ co pia vt poſſimꝰ ad alia loca re-
mittere lectorē.Et harū q̄onū q̄dā erūt
ꝓ maiori pte theorice:itellectū ſcti euā
G gelij cōcernētes.Quedā ꝓ o morales ⁊
penitus impꝑtinētes iuxta ea q̄ in volu
minis exordio ſpopondi.

Igitur dn̄ica.j.in aduen.dn̄i.

Queſtio.j.

Ueritur vtrū ſi aſina huma
ne nature pcti demerito a
diabolo nō fuiſſet allegata:
dei filiꝰ ꝑ incarnationē ve-
niſſet eā inſidere vel nō.Ad
hoc dico ꝙ Sco.in.iij.ſniarꝫ.di.vij.lꝫ di
cat ſe loq̄ ſine p̄iudicio tn̄ tꝫ ꝙ ſi hō non
peccaſſet:nihilominꝰ filiꝰ dei veniſſet ꝑ
carnis aſſumptionē:nō vt redēptor ſed
vt glꝛificator.Sꝫ.s.Tho.in.iij.di.j.tꝫ ꝓ
babiliter ꝙ nō veniſſet.lꝫ dicat ꝙ alia
opinio quā ſequit̄ Scotꝰ pōt etiā ꝓba-
biliter ſuſtineri.In tertia parte aūt.q.j.
ar.iij.dicit ꝙ magis aſſentiendū ē opi-
nioni dicenti ꝙ nō veniſſet:⁊ eiꝰ ꝯclu-
H ſio eſt tenenda.Et ꝓbat rōne vtrobiqꝫ
ſic.Nā ea q̄ ex ſola dei volūtate depen-
dent nobis innoteſcere nō p̄nt:niſi ꝑ re-
uelationē factā ſctis.Sꝫ i ſacra ſcriptu-
ra ⁊ dictis ſctōꝝ hec ſola incarnatiōis
cā aſſignat̄ redēptio.ſ.hoīs a ſeruitute
pcti:ita ꝙ ceſſante pctō ipa ceſſaſſet.In
tēdit aūt.ſ.Tho.arguere ſic.Quicūqꝫ in
his q̄ ſunt fidei aſſerit:qꝺ ignorat p̄ſum
ptuoſe aſſerit:ſꝫ q̄ aſſerūt xp̄m hoīe non
peccāte fuiſſe vēturū aſſerūt qꝺ ignorāt
Nā cū aliq̄d ſciat̄ vel rōne vel reuela-
tione:iſti hoc nō ſciūt rōne qꝛ ſic nō p̄nt
cognoſci q̄ ſolū ex diuina volūtate depē
dent quā ignoramꝰ:nec reuelatione ſqꝛ
ſcti q̄bus facta ē reuelatio eorum q̄ ſunt
fidei nō dicūt hoc:ſꝫ oppoſitū innuunt.
Cōfirmat̄ aūt rō.s.Thom̄.qꝛ ſi ceſſante
pctō filiꝰ dei fuiſſet humanatꝰ nulla pōt
I rō reddi niſi ꝓpteruiendo q̄re non fuit
angelicatꝰ naturā angelicā aſſumēdo ⁊
glꝛificando.Probat etiā vtrobiqꝫ auto-
ritate.Nā Leo in ſermone de na tiuita
te dicit.Si hō ad imaginē ⁊ ſilitudinem
dei factus in ſuo honore māſiſſet creator
mūdi creatura nō fieret aut ſempiternꝰ

tēporalitatē ſubiret:aut equalis deo pa-
tri dei filius formā ſerui aſſumeret.Et
Aug.in oratione ad beatā virginē.Ut
q̄d inquit neſciū pcti ꝓ pctōribus pare-
res:ſi deeſſet q̄ peccaſſet.Aut q̄d mater K
fieres ſaluatoris ſi multa eſſet indegen
tia ſalutis.Itē idē ſuꝑ illud Mat.j.Ipe
em̄ ſaluū faciet ⁊c.Si hō non peccaſſet:
virgo nō pepiſſet.Et de ꝟbis dn̄i expo-
nēs illud Lu.xix.Uenit filius hoīs q̄re-
re ⁊c.Si hō iquit nō peccaſſet filiꝰ hoīs
nō veniſſet:Et gl.j.Tim̄.j.ſuꝑ illō.Xp̄s
venit in hūc mundū pctōres ſaluos ⁊c.
dicit.Nulla cauſa fuit veniēdi xp̄o dn̄o
niſi pctōres ſaluos facere.Tolle mor-
bos:tolle vulnera:⁊ nulla erit medici-
cā.Sed ꝯ determinatū ſermonē ⁊ con-
cluſionem omiſſis argumentis ⁊ que.s.
Thom̄.facit ⁊ ſoluit arguo ꝑ rōnes in q̄
bus fundauit ſe Scotus Primo ſic.Nā
oīs ordinate volēs prius vult qꝺ eſt fi-
ni ꝓpinquus:puta prius glꝛiam q̄ gra-
tiā:⁊ prius gloriā magis glorioſi q̄ mi-
nus glorioſi.Sed deꝰ ordinate vult.Er
go prius natura eligit ad gloriā nō ſolū L
xp̄m ſed oēs quos voluit gloriā cōſequi
q̄ aliq̄d p̄uiderit circa pctōrem de pena
vel culpa.Supple aūt tu q̄ remoto po-
ſteriori puta preuiſione culpe:ſtat priꝰ:
puta electio anime chriſti ad gloriam.
Solu.in nullo actu diuino immanen-
te cuiuſmodi eſt velle et p̄ſcire eſt ordo
nature ſiue prioritas vel poſterioritas
ſi in ſe conſyderetur:quia in eo nō ē di
ſtinctio quem requirit ordo prioritatis:
nec ait tēdit in obiectum quaſi vnū ob-
iectū ſit prius ſcitū aut volitū q̄ aliud:
qꝛ ſicut in vno actu:ita in vno inſtanti
oīa ſimul ſcit.⁊ vult q̄cūqꝫ ſcit aut vult
ſed eſt tn̄ in eo ex pte obiectorū inq̄tuꝫ
ſcit ⁊ vult vnū obiectū eē priꝰ alio.qꝛ ſcit
omne verū ⁊ vult omne bonū.Eſt autē
verū ⁊ bonū vnā rē eſſe priorē alia.Et
ſic intelligit̄ deꝰ ordinate velle:nō qꝛ in
ſua volitiōe in ſe vel vt tēdit in obiecta
ſit ordo:ſꝫ qꝛ eſt ordo in rebus ab eo vo
litis.Ad argumentū dico ꝙ duplex eſt M
volans ordinate.Unus.ſ.i cuiꝰ volitio-
ne eſt ordo vt hō ⁊ angelus q̄ h̄nt diuer-
ſas volitiōes ſucceſſiuas inuicē ordina-
tas.Aliꝰ in cuiꝰ volitione nō ē ordo:ſed

in volitis vt deꝰ.De prio negat̄ minore
⁊ cōcedit̄ maior.de ſcꝺo autē ecōuerſo.
¶Sed ꝯ ſolutionē replico.Licet em̄ ar
A gumētū aſſumat duo falſa ſm̄ mētē ar-
guētis.ſ.ꝙ in diuinis actibꝰ ſit ordo na
ture in ſe vel vt tēdit i obiecta:⁊ ꝙ ideꝫ
actꝰ priꝰ natura tēdat in hoc obiectū q̄
in illud.tn̄ ſaltē ē ibi ordo rōnis ex pte
rōcinātꝫ:⁊ ſi nō rōcinabilis.Et ꝯn̄r priꝰ
ſm̄ rōnē deꝰ voluit glꝛiam aīe xp̄i.q̄ hu
manā redēptionē.Et ꝯn̄r i illo priori vo
luit incarnationē ꝑ ſe ⁊ ſm̄ ſe nō ꝑ aliꝺ.
Et ꝯn̄r ceſſantibꝰ alijs fuiſſet celebrata
Sol.Deꝰ vult maius bonū prius rōne
q̄ minus:qn̄ inter ea eſt ordo ꝑ ſe:ſicut ē
inter bonū nature:grē ⁊ glꝛie.nō aūt hoc
eſt neceſſe qn̄ inter ea eſt ꝑ accidēs:ſicut
eſt inter grās aut glorias nullū eſſen-
tialē ordinē habētes vn̄ nō opꝫ ꝯcedere
deū prius natura vel rōne voluiſſe glo
riā aīe xp̄i q̄ humanā redēptionē:imo
potuit eſſe ꝙ priꝰ rōne voluerit ſm̄ q̄ pri
mū.Scꝺo nullus eſt p̄ciſe p̄deſtinatꝰ eo
ꝙ aliꝰ p̄uiſus ſit caſurꝰ alio q̄ oporteret
aliquē gaudere de caſu alteriꝰ ergo mul
tomagis hoc verū eſt de aīa xp̄i.Sꝫ ad-
de tu:ꝙ ſi nō veniſſet niſi hō peccaſſet:
illa aīa fuiſſet p̄deſtinata ad illā gloriā
B p̄ciſe:qꝛ alius p̄uiſus fuit caſurus.Sol.
Dupliciter intelligit̄ aliq̄s p̄deſtinati:
qꝛ aliꝰ p̄uidet̄ caſurꝰ.Primo q̄ſi p̄uiſio
caſus ſit cā p̄deſtinationis ſctis:⁊ hoc ē
falſum.Scꝺo qꝛ nſiqꝫ caſurꝰ p̄deſtinat̄
ad ſubueniendū caſuro:⁊ ſic cōceditur.
Nec tn̄ opꝫ illum gaudere ⁊ de alterius
caſu:ſꝫ de bono qꝺ originat̄ ex caſu ſicut
ex cauſa ſine qua nō.ſicut nō oporteret
deū gaudere de culpa ſine qua nō habe
ret gloriā quā nō hꝫ in parcēdo ⁊ puniē
do:nec oporteret martyres gaudere de
tyrānorū neq̄tia:ſꝫ de ſua patiētia.Sꝫ
replicat̄:qꝛ nō videt̄ deꝰ aīam xp̄i ad tā
tā glꝛiam p̄ordinaſſe ſolū ꝓpter talē re-
dēptionē.Tum qꝛ talis glꝛia eſt maius
bonū q̄ illa redēptio ſine gloria redimē
dorū.Tū qꝛ nō eſt veroſimile ſummum
C bonū in entibus eſſe ſolū ꝓpter minus
bonū occaſionatū ſicut nec deū prius p̄
deſtinaſſe.Adā ꝙ xp̄m qꝺ tn̄ ſeq̄ret̄.So
lo.Ad primū dicit̄ ꝙ illā aīam ad illam
gloriā fuiſſe p̄deſtinatā ſolū ꝓ redēptio

ne aliarū duplr̄ intelligit̄.Primo quaſi
talis redēptio ſit p̄ncipalis finis eius.
Scꝺo quaſi ſit finis eiuſdē:ſine quo non
fuiſſet gloria aīe xp̄i talis ac tāta qualis
⁊ q̄ta nunc eſt.Primo modo negatur ⁊
ſcꝺo mō cōcedit̄.Uel dꝛ ꝙ talis redēptio N
non fuit finis glorie xp̄i ſed eius incar-
natione cuius duplex eſt finis.ſ.ꝓximꝰ
i.predicta redēptio:⁊ remotꝰ.i.ꝑfectio
vniuerſi vel glꝛia dei vel ipſe deus:q̄ oīa
ſunt finis totalis ⁊ ſingula finis partia
lis.Ad ſcꝺm aūt dꝛ ꝙ nō incōuenit ma-
ius bonū occaſionari ꝓpter minus bo-
nū tanq̄ ꝓpt̄ finē ꝓximū aut partialē:
imo ex pctis elicit deꝰ bona q̄ ſine eis nō
fuiſſent.Tertio ſi p̄deſtinatio aīe xp̄i ſic
em̄ ꝓ redēptione aliarū deꝰ prius vidiſ
ſet.Adā caſurū q̄ xp̄m p̄deſtinaſſet qꝺ
incōuenit.Et qꝛ illā nō fuit neceſſe vni
ri corpori paſſibili:oēs autoritates q̄ vi
dent̄ ſonare ꝙ nō veniſſet ſunt gloſſan
de:qꝛ nō veniſſet vt redēptor:nec vt paſ
ſibilis.Sol.Cōcedo cōſequēs illatū de
prioritate rōnis ex parte rōcināntis.In
telligimus em̄ primo deū volētē ſuā bo
nitatē manifeſtare in ꝓductione ꝑfecti O
vniuerſi.Scꝺo ꝙ in eo voluit eſſe crea-
turas rōnales ⁊ intellectuales beatas.
Tertio ꝙ vidit caſum aliquarū p̄deſti-
natarū.Quarto ꝙ decreuit eas repara-
re ꝑ incarnationē filij.Quinto ꝙ voluit
aīam xp̄i inter oēs p̄ſtare grā ⁊ gloria ⁊
aliarū glꝛias ordinare ad glꝛiam xp̄i.Sꝫ
prioritate perfectionis ⁊ cauſalitatis ex
parte effectus tp̄alis eſt ecōuerſo.Eſt tn̄
ſciēdū ꝙ.s.Tho.in.ij.di.j.q.ij.ar.iij.di-
cit ꝙ aliq̄d puta a dꝛ finis.b.duplr̄.Pri
mo qꝛ.b.ordinatur ad acquiſitionē ⁊ cō
ſeruationē.a.vel qꝛ ex.b.ꝓuenit vtili-
tas ipſi a.Et ſcꝺo qꝛ.b.tendit in.a.ſicut
in illud cuius ſimilem ⁊ participationē
deſyderat primo modo ruſticus eſt fi-
nis regis:⁊ ſanitas eſt finis medicine:⁊
predeſtinatio noſtra p̄deſtinationis xp̄i
ſed ſcꝺo mō eſt ecōuerſo:qꝛ nr̄a ſalus re
dūdat in glꝛiam xp̄i qꝺ aūt ordinat̄ ad fi
nē primo mō eſt duplex.ſ.quoddā non P
participans diuina bonitate niſi in ordi
ne ad illud cui eſt vtile:vt ptes i ordine
ad totū:⁊ ꝙ eā participat ēt ſine illo or-
dine.ſicut āgeli ſine ordīe ad hoīeꝫ.Pri

mū nō eſt niſi ſit ille ſinis ſ3 ſecꝰ de ſcdo.
Nec ibi Modus aūt gloſſandi autorita
tes quē ſcotꝰ tradit:lz.s.Tho.i.iij.dicat
B. ꝙ pbabilr poſſet ſuſtineri.tñ eum pſum
ptuoſuz credidit:imo vr̄ ꝙ repugnet di
ctis ſctoꝝ lz nō ſcripture.Stante em̄ ta
li gloſſa duplex fuit cā xpo dño veniēdi
ſ.pctōres ſaluos facere ⁊ humanaz na=
turā gl'ificare.Sed hoc eſt cōtra gloſſam
ſupra inductā q̄ dicit ꝙ nulla cā venien
di fuit niſi vna.ſ.pctōres ſaluos facere.
Preterea ſup illud Leui.vlti.Ois eſti=
matio ſiclo ſanctuarij ponderabit:dicit
glo.Ois diffinitio ſctis fiat ponderibus
de ſctā ſcriptura veniētibꝰ. Sed ſic eſt
ꝙ dicta glo.non venit de ſacra ſcriptu=
ra.id eſt in ea nō habet fundamentū.er=
go per eā nihil bñ diffinit vel determia=
tur.De his olbꝰ vide ſivis.Cap.i.iij.di.ſ.
Queri ēt pōt vtrū conueniens fuerit
chriſtū incarnari.De quo vide.s.Tho.
vbi.s.Et vtrum cōuenientius fuerit in=
carnari filium ꝙ patrem vel ſpiritū ſan
ctuz.de quo vide Tho.iij.parte.q.iij.ar
ticu.viij.⁊.iij.di.j.q.ij.ar.ij.⁊.iij.

Dominica ſecunda in aduētu.

A Queſtio ſecunda.

Queritur vtrum deus poſſit
aſtra.i.ſolē:lunam ⁊ ſtellas
ſuo ſplendore priuare. Ad
qd rñdeo p tres cōcluſiones.
Pria.Sol nulla ſua luce ve=
re priuari poteſt.Naz impoſſibile eſt ꝙ
ſtante cā remoueatur effectus qꝛ cauſa
eſt ad quam de neceſſitate ſequit aliud
vt ptz.v.Meta.Sed ſtante ſole ſtat cā
ois ſue lucis:qꝛ non hz lucez alienā:ſiue
ab alio participatā:nec ppriam que ſit
accidēs.i.cōe:ſed hz ſolum ppriaz que
eſt accidens per ſe ⁊ naturalis pprietas
eius.Omne aūt tale accidens cōſequit
principia ſpēi cui ieſt:vt riſibilitas pri=
cipia hois:⁊ dr̄ cauſari a ſuo ſubiecto:nō
per actionem ſed per naturalē ſequelā.
i.ſic ꝙ producēs ſubiectū pducit per il=
B lud pprias ſubiecti paſſiones.Scda.
Luna priuari pōt vere aliqua luce.vt
ptz ad ſenſum:qꝛ priuat ea quā habet
a ſole vt pz in eclipſi.Non aūt omni:qꝛ
ſm.s.Tho.ſuper libro de celo ⁊ mundo
cum luce:participata a ſole hz propriā:
lz debilē ⁊ ſolum in ſuperficie.Et hec cō=
ſequit principia lune ſicut in ſole dictū
ē.Tertia.Stelle priuari poſſunt vere
aliqua luce:qꝛ ea quā habēt a ſole qui
ſm.s.Tho.illuminat oēs ſtellas:nō aūt
oi:qꝛ ſi luna q̄ inter oia corpora ſtellaꝝ
eſt infima adeo vt ſit opaca hz aliqualē C
lucem ppriā a fortiori vident eā habe=
re ſtelle:vt innuit.s.Tho.veri.q.xij.ar.
j.in corpore:dicēs lumē eſſe in ſtellis:vt
qualitas ⁊ forma permanēs:in aere ve=
ro vt paſſio.Sed cōtra premiſſa:qꝛ q̄=
dā dicunt ſolem in paſſione chriſti vere
priuatū lumine.Solu.Hoc eſt falſum ⁊
ꝯtra Dionyſiū i epiſtola ad Policarpū:
q̄ dicit ſe vidiſſe tūc lunā ſubitraſſe ſolē.
Nec hoc mirum ſi ipſe hoc vidit:nō au=
tē illi qui erant in hierl'm qꝛ ipſe fuit in
egypto vbi raro ſunt nubes:tūc aūt fue
runt nubes in iudea ad maiorē horrorē
mortis chriſti.Scdo.Nā Scotus ⁊ mul
ti alij vident habere p maxima:ꝙ qñ=
cunqꝫ aliqua ſe habēt vt priꝰ ⁊ poſteriꝰ
realiter diſtincta: deus poteſt ſeparare
prius a poſteriori:quia ab eo non depē
det:ſed huiuſmodi ſunt ſol ⁊ ſuus ſplen
dor ⁊ luna ⁊ ſtelle. Solu. Illa maxima
eſt falſiſſima.Fallit em̄ primo vbi vnū
eorū eſt reliquo ratio eſſendi.Unde non D
poſſet deus facere materiā ſine forma
qua eſt prior ⁊ a qua real'r diſtinguitur.
Et ſcdo vbi vnū eſt effectus ⁊ natura=
lis ſequela alterius:ſicut paſſio ſubiecti:
qꝛ tunc eſt impoſſibile agere ad cōſerua
tionē ſubiecti:⁊ nō eius qd neceſſario eſt
a ſubiecto.Et lz priꝰ non depēdeat a po
ſteriori:tñ neceſſario illud cauſat ⁊ iſert
⁊ ipm poſteriꝰ a priori ſic depēdet vt ali
qñ nō ſinat ipm ſine ſe eſſe.Sed ꝯtra
hoc quia nō magis depēdet paſſio a ſub
iecto:puta calor ab igne ꝙ actio a paſ=
ſione vel qualitate puta calefactio a ca
lore.Sed deus pōt paſſionē ſiue qualita
tem ſubiecti ſeparare ab actione:vt ptz
in tribus pueris.Ergo ⁊ ſubiectū a paſ=
ſione.Sol.Proprietates q̄ ſunt cū motu
poteſt deus a ſubiecto ſeparare:qꝛ non
ſunt pprietates niſi ſuppoſito motu pri E
mi mobilis a quo depēdent.⁊ magis a
deo:de quoꝝ nūero eſt calefacere reſpe
ctu ignis:non aūt pōt ſepare q̄ ſequunt



ſubiectum per ſimplicē emanationē:vt
lucere.Hec Petrus.Sed qꝛ etiā ſtante
motu celi ignis aliqñ eſt abſolutus ab
actiōe que eſt calefactio.ideo meliꝰ dici
A pōt ꝙ nō eſt ſimile:qꝛ paſſio eſt in ſub=
iecto:nō aūt actio in paſſiōe:ſ3 trāſit in
paſſum:⁊ per eiꝰ indiſpoſitionez poteſt
impediri.Uñ ſi actio ſit immanēs et na=
turalis:vt ea qua angelus ſe intelligit ē
inſepabilis. Nō ergo ignis ē circa tres
pueros abſolutꝰ a calefactiōe quaſi ali=
q̄d circa ipm factū ſit:ſed qꝛ aliq̄ forma
impſſa eſt pueris per modū habitꝰ vel
actꝰ q̄ phibebat eos cōburi:ſicut ⁊ ipri=
met corpibꝰ gl'ioſis.Tertio.Nā luna et
ſtelle nō habēt lucē niſi ab alio:qꝛ ſol eſt
fons totiꝰ luminis.⁊ dictꝰ eſt ſic:qꝛ ſolꝰ
luceat.Ergo pñt omni luce puari.Sol.
Sol lucet ſolꝰ luce ppria ⁊ pura nō mi=
xta cū alia luce:⁊ eſt fons totiꝰ luminis
inq̄tū ad oia luminaria diffundit aliqd
lumē p modū paſſiōis ſiue accidētis nō
ꝯſequētis principia ſpeciei:nō aūt qua=
ſi omne lumē luminariū ſit hoc mō ab il
lo.Sed cōtra hoc:qꝛ lumē qd ſtelle ha
bent a ſole ſemper habent:ergo nō hñt
B illud p modū paſſionū.Sol.Negat con
ſequētia.qꝛ ꝙ ſemper illd habeāt eſt nō:
qꝛ habeāt vt aliquid pmanēs ⁊ ꝯſeqns
earū naturam:ſed qꝛ ſemp aſpiciūt ſolē
⁊ idē eſſet de aere ſi ſol firmaret in vna
pte hemiſpherij.Et forte ꝙ hac rōne.s.
Tho.dicit in eis eſſe lumē vt formā p=
manētē ꝙuis poſſet dici:ꝙ loquit de lu
ce ppria ſtellaꝝ.Quarto qꝛ nō vr̄ a quo
tūc poſſint lumiaria obſcurari ſi non pri
uant lumine.Solu.Imo poterūt obſcu=
rari per nubes q̄ ēt tūc erūt quicq̄d erūt
cū xps ſit vēturus in nube:⁊ p condēſa=
tionē maximā aeris:q̄ aliqñ etiā tanta
eſt vt aer videat corpus humanū:vt cū
appet angelꝰ vel demō corpali viſiōe:⁊
p maioris luminis pſentiā.i.corpis xpi
⁊ ſanctorū quorum corpora lucebunt vt
ſol,⁊ conſequenter chriſtus plus ꝙ ſol.
Queri ēt pt vtrū aduētū ſm xpi pcede
re debeāt aliq̄ ſigna: De quo vide.iiij.
C ſentē.di.xlviij.q.j.ar.iiij.Et vtrū xps iu=
dicabit i forma gl'ioſa:de q̄ vid ibi ar.ij.

Dñica.iij.in Aduentu.

Queſtio.iij.

Queritur vtrum opera.i.mi
racula xpi oſtenderent eū
ſic euidēter eſſe filiū dei vt
diſcipuli.Joānis hoc cre=
dere tenerent: Ad hoc au D
tē dico ꝙ ſic.Miracula xpi
fuerūt in triplici differētia.Quedā ei fe=
cit xps ad ꝯſolationē fideliū vel ifideliū
cōuerſionē orādo ⁊ depcādo:ſicut ſuſci=
tauit Lazarū pmiſſa oratiōe.Quedā vo
fecit ad eandē finē imperādo autorita=
te ppria ſicut ſuſcitauit filiuz vidue di=
cēs.Adulecēs tibi dico ſurge.Quedam
vo ēt fecit in teſtimoniū eorū q̄ dicebat
ſicut ſanabat paralyticū: pmittens. Ut
aūt ſciatꝫ qꝛ filiꝰ hois hz i terra ptātē ⁊c.
Pria igit miracula nullo mō arguebant
ipm eſſe deū:nec de hoc faciebāt ſuppo
ſitionē i mēte:qꝛ i nullo differebāt a mi
raculis alioꝝ ſanctorū q̄ nō arguebant
eos eē deos.Scda vero faciebāt de hoc
pbabilē fidē:qꝛ illi q̄ erāt cū eo in naui
viſo ꝙ mari ⁊ vētis imperaſſet dixerūt.
Qualis eſt hic qꝛ vēti ⁊ mare obediunt
ei:q̄ſi dicerent:hic nō eſt pciſe hō vt alij.
Tertia vo cōuincebāt demōes credere E
qꝛ cū ſciāt totā vtutē nature create.ſcie
bāt talia fieri nō q̄cūqꝫ vtute creata:ſed
imediate a deo de quo cōſtat eiꝰ ꝙ non
pōt reddere teſtimoniuz falſitati:et ꝯñr
cōcludebāt vt(ita dicā)illā doctrinam
eſſe verā in cuius teſtimoniū illa fiebāt.
Hoies aūt valde puocabāt ad fidē:qꝛ
qd demōes ſciūt.ſ.iſta miracula fuiſſe a
deo hoies pbabil'r credebāt freq̄nter:ſ3
nō cōuincebāt.qꝛ nō cōſtabat euidēter
eis hec eſſe a deo:qꝛ nō nouerūt oēs na=
turales cās occultas.Uñ quidā attribue
bant ea diabolice:virtuti qd diabolꝰ fa=
cere nō poterat.qꝛ in hac re certus erat.
Ratiōe tñ multitudinis:pria ſcda:⁊ ter
tia miracula faciebāt pbabilē cōiectu=
rā ꝙ eſſet xps de quo erat fama ꝙ mul=
ta facturꝰ eſſet miracula:qꝛ ipſe fuit tā=
ꝙ fons miraculoꝝ:cū vtus de illo exiret F
⁊ ſanaret oēs.Sil'r etiā pria ſcda ⁊ tertia
pbabāt ꝙ erat xps ⁊ ſil'r pbabāt deita=
tē aliq̄ mō.ſ.mediate.i.ſuppoſito ꝙ ipſe
diceret ⁊ pdicaret ſe eſſe xpm ⁊ deū qꝛ cū
deus mēdacio non faueat predicās fal=
ſam doctrinā miracula facere non pōt.

Diſcipuli igit̃ Joãnis qui cuȝ magiſtro
ſuo opa xpi vt credit̃ audiuerũt necnõ ꝛ
viderãt credere nitebant̃ maxie qꝛ p̃di=
ctũ fuerat p Eſaiã xpȝ facturũ talia mi
G racula. Eſaye. xxxv. Et ſic habes qõnes
multas ꝛ vnũ rñſiuũ corolariũ. ¶ Sȝ ꝯ p̃
dicta ꝓrio. Nã ꝗcq̃d ꝓbabat ieſum eẽ
xp̃ȝ ꝓbabat eẽ filiũ dei. qꝛ ſcpture ſacre
xp̃o attribuũt deitatẽ: vt patebit. Sed
ꝓria miracula ſũt hmõi. qꝛ erat q̃dã iple
tio ꝓphetiaꝝ q̃ talia fiẽda per xp̃m pre=
dixerãt: vt pȝ in expoſitiõe euan. Solu.
Nõ ducebãt i deitatẽ xp̃i immediate in
quãtũ talia miracula vt dictũ ẽ: ſȝ me=
diate inquantũ ducebãt in xp̃m: et in=
quantũ ꝓphetata de xp̃o vel facta ab
eo q̃ ſe xp̃m aſſerebat. Sed replicat̃: qꝛ
etiã talia fecit imperando cũ dixerit. La
zare veni foras. Solu. Ex quo preceſſe=
rat orõ ad deũ illud imperiũ intellige=
bat̃ eſſe diuine virtutis et nõ ꝓprie au=
toritatis. Scd̃o. Nam qd̃ puris hoibus
cõuenit nõ facit fidẽ de alicui⁹ deitate.
Sed hmõi erãt miracula ſcd̃a qꝛ ſcti vi=
ri ex ptãte aliq̃n fecerũt miracl̃a ſȝ gre.
Uñ btũs Bñdict⁹ ſolo aſpectu oculorũ
ſoluit ruſticũ alligatũ. Sol. De⁹ p ſctõs
H ſic eſt opatus miracula aliq̃n eis nõ orã
tib⁹ (ſicut p ſacr̃a iuſtificat aiam). i. p vir
tutẽ exiſtẽtẽ itẽtionaliter a deo i vtriſq;
ꝛ deriuatã ab eis p itermedia corpa vſ=
q; ad materiã in qua terminabat̃ opa=
tio. Sic em̃ v̓ba cõſecratiõis cõuertunt
panẽ ꝛ vinũ in corp⁹ ꝛ ſanguineȝ xp̃i: et
ſic Petrus voce Ananiã ꝓſtrauit ꝛ Sa=
phirã Act. v. Sȝ tñ null⁹ ſctũs ita teme=
re locut⁹ eſt vt in ꝓpria pſona ip̃m effe=
ctũ miraculi impauerit ſicut xp̃s. Nõ ei
Petrus imperauit morteȝ illi ſed eo lo=
quẽte ceciderant. Tertio. Nõ qd̃ intelle
ctũ conuincit facit ſciam vel intellectuȝ
qꝛ inter habitus intellectus ſpeculatiui
iſti ſoli cõuincunt: cũ in oibus alijs ma=
neat loc⁹ trepidationi: vt pȝ in cõiectu=
ra ꝛ opinione. Sed tertia miracula non
faciebãt ſciam de xp̃i deitate alioq̃ ea=
dẽ cõcluſio fidei fuiſſet ſcita ꝛ credita: cũ
I de ea ſit articul⁹ fidei. Sol. Quicq̃d ꝯuin
cit intellectũ facit de cõcluſiõe ſciẽtiã in
ſpeciali faciẽdo q̓ videnẗ rõnes ſubie=
cti ꝛ p̃dicati ꝛ eorũ ordo adinuicem vel
in gñali. i. faciẽdo q̓ ſciat̃ quidẽ cõclu=
ſio eſſe vera: ſed tñ ipſa in ſe non ſit vi=
ſa. Primo mõ facit ſcientiã diffinitio ter
minoꝝ. Sȝ ſcd̃o mõ miracula. Uñ iſtã cõ
cluſioneȝ corp⁹ xp̃i eſt in hoſtia: in ſp̃ali
diabol⁹ nõ videt: qꝛ non videt aliquaȝ
colligationẽ inter illud ſubiectũ ꝛ predi K
catũ reſultantẽ ex rõnibus eoruȝ: qꝛ nec
eã habẽt cũ illud p̃dicatũ nõ conueniat
illi ſubiecto ex ſua rõne ſed ex dei volũ=
tate q̃ diabolũ latet. Uidet tñ q̓ nõ põt
eẽ falſa: qꝛ videt ꝛ ſcit clare aliqua mi=
racula facta eſſe a deo in teſtimoniũ il=
li⁹ cõcluſionis. Uide aũt de iſta qõne et
alijs partinentibus ad miracula chriſti
ſanctum Tho. in. iij. q. xliij. ꝛ. q. xliiij.
¶ Queri etiã põt an Joãnes fuerit mar
tyr. Ad qd̃ dicẽdũ eſt ex deciſiõe gñali. ſ.
Tho. de m̃rimonio. ij. ij. q. cxxiij. Et vtrũ
adulatio ſit peccatuȝ mortale. Ad qd̃ re
ſpondendum eſt ex. ij. ij. q. cxv. ar. ij.

☞ Feria. iiij. poſt. iij. dominicam
aduentus.

☞ Queſtio. iiij.

Ueritur vtrũ angelus poſſit
ſua naturali virtute exhibe=
re ſe viſibilẽ hoi? Ad hoc ãr L
dico q̓ aliq̃d vr̃ mulipl̓r. ſ. p
ſe vt hic color in cõcreto: ſiue
hoc coloratũ inquantũ coloratũ: ſiue in=
quantũ eſt in eſſe ꝛ genere q̃litatis: et p
accidẽs vt ſubſtãtia. Et hoc dupl̓r. ſ. vt
ſubſtãtia ſubiecta colori p ꝓpriã q̃titu
tẽ: vt lapis ꝛ corpus aialis vl̓ plãte. ꝛ nõ
ſubiecta p ꝓpriã q̃titatẽ: ſed p q̃titatẽ
alicui⁹ ad ſe ptinẽtis. Et hoc dupl̓r. ſ. p
q̃titatẽ ſui ꝓprij pfectibilis ꝛ mobilis
ſimul ſicut vr̃ vita ꝛ aia aialis p coloreȝ
aialis cui ſubijcit̃ aialis corp⁹ perfectũ
ab aia. ꝛ p q̃titateȝ ſui ꝓprij mobilis lȝ
nõ ſui perfectibilis: ſicut videm⁹ hoiem
veſtitũ p colorẽ veſtiũ q̃s mouet lȝ non
pficiat aiando. Angel⁹ igit̃ nõ põt ſe ex=
hibere viſibilẽ prio mõ: qꝛ non eſt color
aut lux corpalis. Nec ſcd̃o mõ: qꝛ nõ eſt
corp⁹. Nec tertio mõ: qꝛ nõ ẽ aia aut vi=
ta corpis. Sȝ põt ſe exhibere viſibilẽ q̃r=
to mõ: qꝛ p̃t formare corpus ꝛ illud mo= M
uere et p illd̓ rep̃ſentare ſuas ꝓprieta=
tes: puta itellectũ formãdo illd̓ corp⁹ in
forma hois ꝛ agilitatẽ: formãdo aias et



ꝓueritatẽ formãdo pulcrũ. Nã ſȝ Dio=
ny. angeli i corpib⁹ aſſũptis: tales ſe ex=
hibẽt in exteriorib⁹: q̃les ſunt itus. Et h̓
ſic pȝ. Quicq̃d em̃ fieri p̃t motu locali i=
ferioꝝ corpoꝝ hoc totũ angel⁹ natura=
li v̓tute põt: qꝛ pria corpa mouere põt
A localr̓ ad motũ ſuũ ſicut aia mouet cor=
pus ꝓpriũ: vt pȝ p augu. ꝛ p rõnẽ. qꝛ ſi
aia q̃ eſt ſpũs iferio mouet ad nutũ ali=
qd̓ determinatũ corp⁹. ſ. humanũ: ſpũs
ſupior. i. angel⁹ ad nutũ poterit mouere
corp⁹ illimitati⁹ ꝛ vniuerſali⁹: puta oẽ
corp⁹ corruptibile maxie aerẽ q̃ ẽ valde
mobilis. Pȝ ẽt expimẽto: qꝛ ſȝ phos per
volũtatẽ mouẽt celos ꝛ ꝯñr a fortiori iſta
iferiora. Sȝ ſupradicta appitio p̃t fieri
motu locali corpoꝝ iferioꝝ: maxie aeris:
qꝛ p talẽ motũ cõdẽſat̃ ꝛ figurat̃: ꝛ p na
turalia ſemia decolorat̃: vt videatur hõ.
Ex his aũt patẽt m̓ta. Prio ꝯcluſio p̃n=
cipalr̓ intẽta. Scd̃o pȝ vñ hoc habeant
efficaciã incãtatiões ſanatiue infirmita
tũ qꝛ. ſ. diabol⁹ p ſciẽtiã ſuã ſcit medicia
lia corpoꝝ ꝛ p motũ localẽ ea applicat:
ꝛ hoc viſibil̓r ſic vt talia corpa nõ videã=
tur talia corpa ſed alia puta pani inuo=
B luti aut aliq̃d tale. Hoc aũt diabol⁹ face
re põt tripl̓r. Prio inuoluendo circa ta=
lia corpa aerẽ cõdẽſatũ. Scd̃o cãndo in
oculis aſtãtiũ acriſiã vl̓ aoriſiã: q̃ ẽ quaſi
q̃dã cecitas ꝓhibẽs videre q̃dã ſed non
oia. Et tertio applicãdo illa corpora q̃n
null⁹ intueẗ. Tertio pȝ vñ eſt q̓ aliq̃d vi
dẽt in a q̃ vel igne aut lapide terſo ima
gines aliq̃s qꝛ ẽ vel ex eo q̓ diabol⁹ aliq̃
corpa format ex aere ꝛ obijcit tali a q̃ vl̓
corpi terſo ſicut nos obijcim⁹ faciẽ ſpecu
lo. vl̓ ex hoc q̓ talia corpa format ꝛ obij=
cit ſenſib⁹ nr̃is: vel ex hoc q̓ i imagiatio
ne format tales ſpẽs ac imagines cũ tã=
ta imp̃ſſiõe vt videant̃ eẽ res vere mõ il
lo q̃ ſtatim dicet̃. Signũ aũt q̓ ille ima=
gines ſint in ſenſib⁹ nr̃is. ꝛ nõ in re: ẽ q̃n
nõ videnẗ ab oib⁹. Quarto vñ ẽ q̓ q̃daȝ
fatue credũt ſe ludere cũ herodiana: cũ
tñ ſint i lecto. qꝛ. ſ. diabol⁹ mouet ſpũs cor
C pales in q̃b⁹ fuit phãtaſmata: ꝛ deducit
eos motũ localẽ ad obijciẽduȝ phãteſie
eo mõ q̃ fit i freneticis. Nec tñ nego q̃n
aliq̃n realr̓ hmõi deferant̃ ad ludum: qꝛ
diabol⁹ portare poſſet turrim nedũ ve
tulã. ¶ Sed ꝯ p̃dicta arguit̃ prio. Naȝ
obiectũ intellect⁹ nũq̃ põt pcipi a ſenſu
puta viſu. qꝛ ſi viſus nõ põt pcipe obie=
ctũ alteri⁹ ſenſus ſibi vicini puta ſonũ: N
multo min⁹ põt p̃cipe obiectuȝ potentie
magis diſtãtis puta intellect⁹. ſȝ angel⁹
eſt obiectũ itellect⁹ qꝛ ẽ i materialis: ergo
nõ põt videri ſolutio. Ratio ꝓbat quod
nõ põt videri ocl̓o corpali prio vel ſcd̃o
vl̓ t̓rio mõ. qꝛ q̃ ſic videẽt ſũt materialia:
nõ aũt ꝓbat q̃n videat̃ q̃rto mõ. Scd̃o.
Nã ſi dicimur videre angelũ. qꝛ videm⁹
corp⁹ ab illo motu pari rõne diceremur
videre vaporẽ: qꝛ videm⁹ terremotũ cã=
tũ ab illo. Sol. Nõ eſt ſile: qꝛ ad appere
motorẽ in ſuo mobili nõ ſufficit mouere
aliq̃d. Si em̃ videam⁹ aliqd̓ corpus mo
tũ a diabolo: vt q̃n exq̃runt̃ furta a ma=
leficijs ꝛ mouet̃ ſetatiũ aut cribrũ: nõ pp
hoc dicimur videre diabolũ aut dicim⁹
diabolũ appere. Sed req̃rit̃ q̓ tale mo=
bile rep̃ſentet ꝓprietates motoris ſicve
ſtis ꝓprietates ſeu figurã veſtiti: qd̓ nõ O
facit terremot⁹ reſpectu vaporis. Uñ in
corpe formato ab ãgelo aliq̃n dr̓ appere
angel⁹ ꝛ aliq̃n de⁹. qꝛ. ſ. illud corp⁹ aliq̃n
in deũ aliq̃n in ãgelũ ducit rep̃ſentando
ei⁹ cõditiões. Uñ aug. dicit q̓ q̃n de⁹ ap=
paruit ꝓphis factũ ẽ miſterio angelico.
ſȝ qꝛ corp⁹ illud ducebat in cognitioneȝ
dei: iõ dr̓ de⁹ appuiſſe. Tertio ſi vr̃ mo=
tor in mobili ſe rep̃ntãte: deitas poſſet vi
deri i oi creatura: qꝛ q̃libet creatura ẽ a
deo mota ꝛ deũ rep̃ntat: cũ ſit ei ſimilis.
So. Dico duo. Primũ ẽ q̓ nõ dr̓ ſemper
motor videri aut appere eo mõ quo ãge
lus i mobili ſe rep̃ntãte. qꝛ nõ dicimur vi
dere prẽȝ. Socratis latẽtẽ ſi videam⁹ filiũ
ei⁹ ab eo actualr̓ motũ. Sȝ tũc q̃n ad ſe
rep̃ſentãdũ ẽ formatũ vt imago: ꝛ nõ vt
vera res talis q̃lis vr̃: ſicut cũ aer forma
tur ad inſtar hũani corporis. Mõ lȝ q̃li=
bet creatura moueat̃ a deo ꝛ illũ rep̃ntet P
ꝛ ad illũ rep̃ntãdũ ſit facta: non tñ eſt ſic
ad hoc facta quin ſit vere illa res quã ſe
eſſe p̃tẽdit: ſicut lapis eſt v̓e lapis. Sm̃ ẽ
q̓ ſm̃ aug. in vlt. de ciui. dei. Ocl̓i btõrũ
poterũt videre incorpalia ẽt deitatẽ: ſm̃
s. Tho. j. q. xij. ar. iij. ad ſcd̃m. ſ. eo modo
quo vitã viuentis videm⁹ viuendo opa
vite. Tũc em̃ intellectus erit perſpicax ꝛ

diuina glía maxie refulgebit in corpib⁹
iõq ſtatiz intellect⁹ apphendet deitatẽ
viſis corpibus: ſicut modo ſtatim appre
hendit vitam viuentis: viſo motu eius.
G ¶ Queri etiã pt circa hoc euãgeliũ vtrũ
de⁹ poſſit facere oẽ ꝟbũ.i.oẽ a nobis in=
telligibile ſiue nõ iplicãs ↄtradictionez.
Uide.j.q.xxv.art.iij.po.q.j.arti.iij.

Feria.vj.poſt.iij.dominicam in Aduentu.

Queſtio.v.

Querit vtrũ credere deo reue
lanti quicq neceſſario ſit me
ritoriũ? Ad h' aũt dico q ſm
doctrinaz.s.Tho.vbiq pci
pue.xij.q.xviij.ꝛ.ij.diſt.xl.et
ma.q.ij. Aliqs actus humanus ſm ſuaz
ſpẽm vel genus ↄſyderat⁹ eſt indifferẽs
ad bonũ ꝛ malũ morale: lz habeat natu=
ralẽ bonitatez inquãtum eſt. Nã ſic act⁹
humani obiectuz includit aliquid rõni
ↄueniẽs actus eſt bon⁹ vt miſereri pau
peris ꝛ malus ſi includat aliqd ei repu=
gnãs: vt furari: ꝛ neuter ſi non includit
H ↄueniens nec repugnãs: vt leuare feſtu
cã de terra: qꝛ oĩs actus hz ſpẽm ab ob=
iecto: ꝛ actus hũanus ab obiecto relato
ad pricipiũ actuũ humanoꝝ qđ eſt rõ.
Sed ſi loqmur de actu ſm idiuiduuz ſic
quẽlibet actũ particularẽ hũanũ.i.deli=
beratũ neceſſe eſt eſſe bonũ vel malum
moraliter nõ ſolũ ſm theologũ: ſed etiã
ſm phm moralẽ. qꝛ ſi act⁹ fiat qñ opz et
vbi opz: ꝛ ſicut opz: ꝛ ſic de aliis circũſtã
tiis eſt bon⁹; ꝛ ſi qđ hoꝝ deficit eſt mal⁹.
Eſt aũt neceſſariũ q fiat cũ oibus iſtis:
aut nõ fiat: ꝛ ↄñr q ſit bon⁹ vel mal⁹. Et
ſi qs habeat grãm nõ põt eſſe actus hu=
manus in eo ↄſyderat⁹ ſm indiuiduũ q
non ſit pctm: vel meritũ. Nã quicqđ ab
eo q hz charitatẽ ordinat in finẽ alicui⁹
ꝟtutis: ordinat in finẽ charitatis: et ↄñr
eſt meritoriũ: qꝛ ſicut volũtas oẽs poten
tias; ita charitas oẽs ꝟtutes mouet ad fi
nẽ ſuũ. Sz oĩs act⁹ bon⁹ ordinat in fine
I alicui⁹ ꝟtutũ: ꝛ ↄñr eſt meritori⁹: et ſi ſit
malus eſt demeritori⁹. Hñs igitur chari
tatẽ meret comedẽdõ ꝛ ludendo ad re=
creationẽ ſeruato mõ tẽperantie ꝛ eutra
polie. Hec ex.s.Tho.vbi.ſ. Igit credere
ſuppoſita grã eſt meritoriũ: cũ ſit actus
virtutis. et iõ bñ dr btã virgo q credidit
dño. ¶ Sed ↄ. Primo qꝛ ſeqnit q qs ſimul
in vno inſtãti merebit ꝛ peccabit morta
liter: poſito q Socrati reuelet a deo ſua
dãnatio. Credẽdo em̃ merebit vt dictuz K
eſt: ꝛ peccabit: qꝛ deſperabit. Sol'. Scdz
s.Tho. de⁹ nulli reuelat ſuã dãnationẽ
ſz nec reuelare põt de potẽtia ordinata.
qđ ſi faciat itelligendũ eſt q loquat ↄmi
natorie: nõ ex ſnĩa. Hec ille. Et ſi ponat
q loqtur ex ſnĩa dico q ſi talis acceptet
dei iuſtitiã ſz quã credit ſe dãnãdũ: me
ret nõ aũt peccat deſperãdo: qꝛ nõ tene=
mur ſperare niſi quouſq ſum⁹ dubij de
ſalute. Si aũt nõ acceptet eã: iaz pecca=
bit ꝛ nõ merebit. Et ſi ponatur caſus q
deus reuelet ex ſnĩa: ꝛ cũ h' ſtet pceptum
de ſpe. Dico q caſus eſt ipoſſibilis: qꝛ ſe
quit q de⁹ vellet iſtũ ſimul credere ↄdi=
ctoria.ſ.ſe dãnandũ ꝛ ſaluãdũ cũ nõ poſ
ſit ſperare ſalutẽ niſi credat ſe ſaluãdũ:
Scđo qꝛ poſſet aliqs mereri credẽdo fal
ſum: ſicut Ezechias credẽdo ſe moritu=
rum ꝛ niniuite ſe credẽdo ſubuertẽdos.
Sz hoc eſt ↄ Anſel. Cur de⁹ hõ.c.xvj. Si
vera inqt nõ fuiſſet fides mortis xpi ni=
hil pfuiſſet. Sol'. Non põt ſeq: q qs me=
reatur credendo falſum: qꝛ de⁹ non põt L
reuelare falſum: nec illud ꝟbum fuit fal
ſum. morieris Ezechia. qꝛ ſenſus erat
mors tua eſt futura qđ fuit veꝝ. Nã ali
quid eſt futurũ eo ipſo q ſua cã eſt di=
ſpoſita vt eueniat: ꝛ ita erat de pria mor
te: qꝛ hẽbat cãs naturales vt morbum
mortalẽ. Et ſilr ſubuerſio niniue erat in
ſua cã.i.in demeritis niniuitarum. Et iõ
dr.ij. de generatiõe: q futurus quis inci=
dere nõ incedet: qꝛ.ſ. ſua incedẽdi cã im
pediet: aut remouebit. Si cuz cã ſit du=
plex.ſ.pria.i.dei volũtas ac pſcia. ꝛ ſcđa
i.celũ ꝛ alie cauſe create. aliqñ aliqđ ẽ fu
tuꝝ ſm pmã: nõ ſcđaz. vt iudiciũ gñale.
Aliqñ ſm ſcđaz nõ pmaz; vt mortẽ eze=
chie: ꝛ ſubuerſionẽ niniue: qꝛ aũt ẽ futu
rũ ſm pmaz: ſemp euenit: nõ aũt qđ ſm
ſcđaz. qđ pria impediri nõ põt ſicut ſcđa
Poſito tñ q qs credat falſum vt cũ vetu
la credit pdicatori errãti vt deo: tũc cre= M
dit falſuz ſub rõne veri: ꝛ eſt meritoriũ.
Nec eſt cõtra Anſel. quia illa ſunt ver=
ba diſcipuli: qmuis dici ẽt poſſit q illa fi=



des non profuiſſet.i.obiectum illius fi=
dei: qꝛ nihil fuiſſet ſi fuiſſet falſum. pro=
fuiſſet tamen ipe actus: quia fuiſſet act⁹
A virtutis nobiliſſime.i.fidei.
¶ Queri ẽt põt: An Joãnes exultauerit
motus ab alio: vel p accelerationẽ vſus
rationis. Uide.iij.q.xxvij.ar.vj.

Sabbato ante quartam dominicam in Aduentu.

Queſtio.vj.

Querit vtrum is ſuper quẽ ſit
verbũ dei p aliquem inſpira
tionẽ: poſſit eſſe cert⁹ q a deo
ſit talis reuelatio? Ad hoc au
tẽ dico ſic. Jlle cui ſit aliqua
reuelatio occultoꝝ p viſionẽ corpalem
vel imaginariã vel intellectualẽ: põt de
ei⁹ autore an ſit ſpũs bon⁹ vel mal⁹ ha=
bere ↄiecturã pbabilez.ſ.ſi terminet in
letitia mentali. Hoc em̃ ſignũ tradũt fe=
re oẽs ſcti.ſz primo btũs Anto. qꝫtũ ego
legerim. ꝛ deinde.s.Thom.iij.q.xxx.ar.
tiue ſed dubitatiue loqui dicens.ꝙ foꝛ- L
te eſt neceſſaria quo mõ loquẽdi vltimo
vſa ẽ ſumma angelica.Dica aũt opinio
nes iſtoꝛũ ſtare nõ poſſe:⁊ hanc circun-
ſtantiã nõ aggrauare i infinitũ:nec eſſe
cõfitendã neceſſario ſꝫ ſolũ de bene eſſe
⁊ cõgruo.qd̃ pbo primo ſic.Ois circũſtã
tia aggrauãs in infinitũ dat pctõ nouã
ſpẽm:trahẽs illud ad aliud genꝰ:vt pꝫ
ſm oẽs:pcipue.s.Tho.in locis ſupius
allegatis.Sꝫ iſta nõ dat ſpeciẽ peccato:
qꝛ nõ aggrauat niſi ſuppoſita maligni-
tate prioꝛi.Accipere eñ voluptatẽ ex fe
mina in die feſto ſm ſe nõ repugnat rõ-
ni alioqui vir nõ poſſet debitũ reddere
die feſto ſine peccato etiaꝫ exactus.ꝯ.s.
Tho.iiij.di.xxxij.ſed ſolũ repugnat ſup
poſito ꝙ nõ ſit ſua:vel ꝙ cauſa volupta
tis coeat vel qd̃ ipſe vir ſit petens ⁊ exi-
gens qd̃ nõ lꝫ ꝓpter mandatũ eccl'ie:lꝫ M
ex ſe non ſit malũ:qꝛ etiã in die laudem
poſſet q̃s ⁊ actionem ⁊ coitum oꝛdinare
Unde.s.Tho.iiij.di.xxxij.q.j.arti.v.q.ij.
ſic dicit Petere debitũ in die feſtiuo nõ
eſt circunſtãtia trahens ad aliam ſpe-
ciem pcti.vnde nõ põt in infinitũ aggra



uare.⁊ ideo nõ peccat moꝛtalr̄ vxoꝛ aut
vir ſi in die feſtiuo debitũ petat.Scdo.
Nã quandocũqꝫ circũſtantia aggrauat
in infinitũ:⁊ eſt neceſſario cõfitẽda:opꝫ
ꝙ ſit directe ꝯ̃ pceptũ ſpeciale.Sed in
A pꝛopoſito nõ eſt ſic:qꝛ dicit.s.Tho.ij.ij.
q.cxxv.ar.iiij.ad primũ.ꝙ illud pceptũ
de ſanctificatiõe ſabbati impoꝛtat ceſſa
tionẽ a pctõ ſolũ figuratiue in ſenſu mo
rali.⁊ non ad literã.⁊ in.iij.di.xxxvij.q.
j.ar.j.q.ij.ad ſcdꝫ ſic dicit.Opa ſeruilia
myſtice intelligunt pctã.ſed ad literam
opa ſeruilia dicunt ad quoꝛũ exercitiũ
ſeruos deputatos habeamus:in quibꝰ
debent artes mechanice dirigere:que ꝯ̃
liberales diuidunt.hec ille.Et ꝯfirmat
qꝛ deus exponendo illud pceptum facit
mentionẽ ſemp de opibus mechanicis:
nunqꝫ ꝟo de pctõ.qd̃ vtiqꝫ feciſſet ſi ad
literã voluiſſet pctã phibere.Confirma
tur etiã:qꝛ facere ꝯ̃ vnũ pceptũ ad lite-
rã:⁊ cõtra alius metaphoꝛice fit circũ-
ſtantia neceſſaria neceſſario q̃ foꝛnicat
hꝫ ꝯfiteri ſe etiã idololatraſſe:qꝛ foꝛnica
tio in ſcripturis dr̄ metaphoꝛice idolola
B tria.Dato ꝙ ſit cõtra illud pceptuꝫ:hoc
nõ eſt niſi inquãtũ illud eſt generale p-
hibens omne pctm̃:vt dicit.s.Tho.ij.ij.
vbi.ſ.qd̃ aũt eſt gñale nõ trahit ad ſpe-
ciẽ nec ponit in numerũ cũ ſpeciali:vñ
rapere ⁊ dãnificare iniuſte.nõ ſunt duo
pctã:nec due defoꝛmitates.Ad pmũ er-
go negat maioꝛ de hoc autẽ.s.Tho.iiij.
di.xvj.q.iij.ar.vlt.q.iiij.loquit vbi expſ
ſe maioꝛẽ negat dicẽs:ꝙ circũſtãtia ſpe
ciem mutans põt in infinitũ aggrauare
ſed nõ ſemp hoc facit:ſed ſolũ qñ dire-
cte hꝫ oppoſitionẽ ad pceptũ legis:⁊ po
nit exẽplũ.qꝛ ad pctm̃ gule q̃ eſt prepo-
nere addit hec circũſtãtia laute ſpecia-
lẽ defoꝛmitatẽ que etiã ex ſe pctm̃ face-
ret:ſed nõ eſt directe contra legẽ:ideoqꝫ
nõ aggrauat in infinitũ.Hec ex illo.Cla
rũ eſt autẽ ex dictis ꝙ circũſtantia tpis
nõ repugnat directe pcepto legis.Ne-
C gatur etiã minoꝛ:⁊ pbatio:qꝛ circũſtã-
tia tpis ſacri nõ cõtinet iniuriã eius ex
ſe ſed ſolũ ex ſuppoſitione prioꝛis actꝰ
mali.Ad cõfirmationẽ dico ꝙ de tempo
re ⁊ loco eſt ſimile quo ad multa.Primo
quo ad hoc ꝙ vtrũqꝫ eſt circunſtantia
aggrauans ex ſuppoſitione prioꝛis actꝰ
mali:⁊ cõſequẽter omne pctm̃ in vtroqꝫ
eſt grauius ceteris paribꝰ.Scdo quan-
tũ ad hoc ꝙ vtrũqꝫ põt eſſe obiectũ aĩe
intendentis opari in cõtẽptũ ſacri loci D
vel tpis.⁊ ꝯñr vtrũqꝫ iſto mõ trahit ad
aliã ſpeciẽ:puta inobedientie:vel cõtẽ
ptus vel hmõi.Et iſta duo q̃ diximus.
s.Tho.in de ma.q.ij.ar.vj.in fine coꝛpo
ris tangit dicẽs.Si q̃s faciat aliq̃d inde
cẽs in tpe ſacro:tp̃s ſacrũ qd̃ cõſyderat
vt circũſtãtia reſpectu actus indeſcen-
tis qui in eo fit:põt cõſyderari vt obie-
ctũ reſpectu alterius actus circũſtãtis:
q̃ eſt cõtẽnere tp̃s ſacrũ.Hec ille.Et ter-
tio quo ad hoc ꝙ vtrũqꝫ hꝫ annexã circũ
ſtantiã trahentẽ in aliã ſpeciẽ quantũ
ad aliquã ⁊ aggrauãtẽ in infinitũ:que
eſt circũſtantia inobedientie:qꝛ qd̃ alˀs
eſſet licitũ:in tpe vel loco ſacro erit illici
tũ ⁊ moꝛtale:ſicut arare in die feſto:⁊ iu
gulare latronem in eccl'ia.Un̄ ſicut ho-
micidiũ iniuſtũ ⁊ in eccl'ia:hꝫ duplicem
defoꝛmitatẽ:iuſtũ aũt vnã tm̃:ita laboꝛ
manualis iniquus:puta tranſpoꝛtatio
rei furtiue in feſto.hꝫ ſilr̄ duplicẽ defoꝛ- E
mitatẽ.equꝰ ꝟo vnã tm̃.Eſt aũt diſſimi
le in vno:qꝛ ſi a tpe ſecludamus pceptũ
dei phibẽtis opus aliquod ⁊ intelliga-
mus deũ tp̃s feſti cõſecraſſe ad ſibi quo
ad aliq̃d vacandũ:ſilr̄ ſi a loco ſecluda-
damꝰ pceptũ dei vel eccl'ie de nõ effũdẽ
do ſanguine vel ſemine vel de nõ furã-
do ſacra:⁊ intelligamus deũ vel eccl'iaꝫ
cõſecraſſe locũ eccl'ie p diuinis:ſtãte ca
ſu adhuc aliqd̃ opus factũ in loco ſacro
habebit ex ſe repugnãtiã ad rõnẽ:⁊ nõ
ſolũ in oꝛdine ad prioꝛa:puta ſi ibi quis
laudat aut vir cognoſcat vxoꝛẽ ſuã:vel
ptãs vindictã ſanguis exerceat.Secus
aũt de tpe qꝛ tunc arare non erit pctm̃:
ſicut nec ludere ad pilã in quo laboꝛ eſt
maioꝛ:ideoqꝫ circunſtãtia loci aliqñ tra
hit in aliã ſpeciẽ:nõ aũt circũſtantia tẽ
poꝛis.Et hoꝛũ rõ eſt.qꝛ locus attingi po
teſt actione coꝛpoꝛali tranſeunte:puta
furto quo tollitur res inherens:vel effu F
ſione ſanguinis vel ſeminis:nõ aũt tp̃s
Unde ſicut pctã que fiunt in eccl'ia ⁊ nõ
tranſeunt coꝛpoꝛaliter i locũ ipm̃:vt co
gitationes male ⁊ ꝟba que ex ſe habẽt

in aere ſiſtere:nõ aũt attingere ſtructu
ras niſi per accidẽs:ſunt q̃dẽ grauiora:
ſed nõ trahũt in ſpeciem aliã:q꞉ nõ at=
tingunt locũ iniurioſe:ita nullum pctm̃
G factũ in tpe ſacro transfert in aliã ſpe=
ciẽ:niſi vt dictũ eſt rõne circũſtãtie an=
nexe:q꞉ nõ attigit iniurioſe ſacrũ tps.
¶Et notãdũ eſt ꝙ lꝫ multa mala fiant
in eccl'ia:tñ ſpẽs ſacrilegij aggrauãtes i
infinitũ nõ aſſignãtur niſi tres q꞉ ꝗuis
forte ⁊ de hoc poſſit alia rõ reddi:credo
tñ ꝙ iſta ſit rõ:q꞉ illa tria ſub precepto
ꝓhibita ſunt a deo vel poti⁹ eccl'ia. Vñ
lꝫ triturare ſegetes ⁊ cõprimere vuas ⁊
mercari ⁊ facere ludos i eccl'ia:ex ſe ſint
malũ:⁊ ꝯñr in aliã ſpeciẽ trahant:q꞉ tñ
ſub ꝑcepto nõ ꝓhibent̃:nõ aggrauant
infinite.¶Ad ſcðm aũt dico ꝙ vꝫ ad op
poſitũ vt oſtenſum eſt.¶Ad primã cõ=
firmationẽ dico:ꝙ duobus modis aliq̃d
facit cõtra aliqð ꝑceptũ.Primo faciẽdo
cõtra intentionẽ ꝓximã ꝑcipientis.Et
ſcðo faciẽdo cõtra remotã:ſicut contra
illud ꝑceptũ.Nõ furaberis.facit primo
mõ q̃ furat̃.⁊ ſcðo mõ qui odit,q꞉ deus
H faciẽs illud ꝑceptũ in mẽte intendebat
nõ eſſe furandũ:vltimate ꝟo intende=
bat dilectionẽ ꝓximi ⁊ ſui.Quando aũt
quis facit cõtra ꝑceptũ aliqð ſcðo mõ:⁊
non facit cõtra illud ſolũ ⁊ ſpecialiter
⁊ directe:ſed oĩa ⁊ indirecte:q꞉ i.vltimo
fine oĩa cõueniunt.Nec facere ſic cõtra
preceptũ:trahit in aliã ſpeciẽ.alio q̃ is
qui furat̃ etiã cõmitteret deformitatẽ
fornicationis:ſed ſolũ facere cõtra ꝑce=
ptũ directe.i.ꝗtum ad intentionẽ ꝓxi=
mã:qð nõ eſt in propoſito.s.Tho.aũt lo
quitur ſcðo modo.Vel intendit.s.Tho.
vt dicit bone memorie:magr̃ Petrus
bergo.ꝙ talis facit magis cõtra illud ꝑ
ceptũ intellectum metaphorice:⁊ vt eſt
quoddã ꝑceptũ generale.¶Ad ſcðam
cõfirmationẽ dico primo ꝙ Alexander
loquitur eo modo quo ⁊.s.Th.nec opor
tet moueri per exemplũ qð ponit q꞉ ſan
I cti interdum ꝑ exaggerationẽ loquunt̃
in deteſtationẽ pctõꝝ.Dico ſcðo ꝙ non
cogimur autoritatem eius recipere ad=
uerſus autoritatẽ.s.Tho.cuius doctri=
na eſt ꝑ eccleſiã examinata ⁊ cõproba=
ta:maxime quantũ ad ea q̃ fidẽ moreſq꞉
cõcernunt.Vel dico tertio ꝙ Alexander
videt̃ ſe firmare in hoc ꝙ in noua lege
preceptũ de ſanctificatione ſabbati ob=
ſeruandũ eſt eo modo quo eccl'ia ſtatuit
q̃ ⁊ ab operibus ſeruoꝝ ⁊ a pctis mãdat K
abſtinendum ſꝫ eccl'ia loquit̃ exhortato
rie q̃ ad pctã ⁊ nõ ꝑceptiue:q꞉ nõ ẽ credi
bile ꝙ ipſa illud ꝑceptũ ſtrictiori mõ ꝗ̃
deus inſtituerit dicẽtib⁹ oibus ꝙ maior
cerimonia i veteri ꝗ̃ i noua lege ſerua=
bat̃.¶Ad tertiã ꝯfirmationẽ dico ꝙ eo
rũ autoritati in hac pte nõ eſt ſtandũ:q꞉
inefficaciter arguunt in ſenſu myſtico
arguẽdo ſic.Omne opus ſeruile i feſto
ꝓhibet̃.Pctm̃ eſt op⁹ ſeruile ⁊c.Poſtq̃
iſta cõſcripſerã iter loquẽdũ oblata mi
hi ẽ epl'a illius ꝑclari thomiſte ⁊ viri ſan
ctiſſimi mr̃i Petri bergo.ad quẽdã ami=
cũ ſuũ ſic dicẽtis.Venerabilis pater ꝑ=
miſſa recon.De circũſtãtia tpis noueri
tis ꝙ iã diu venerabiles patres atq꞉ do
ctores ſacri.ſ.magr̃ Gabriel de barchino
na:magr̃ Vercellin⁹ de vercellis magr̃
Angelus de nirdone:dñs Ludo.de ne=
apoli:q̃ diſputauit cõtra totũ generale
capl'm fratrũ minorũ:⁊ poſtea fact⁹ eſt L
monach⁹.frater Antonius de ſctõ Ger
mano de vercellis:frater Dñicus de ca
thalonia:⁊ frater Joãnes de calopia in
cõuentu bononiẽſi me preſente diffinie
rũt ⁊ cõcluſerũt pro parte negatiua de
mente ſancti doctoris ⁊ pro rei veritate
quoꝝ rõnes ⁊ allegationes dimitto:q꞉
nimis lõgũ eẽt cũcta narrare nec obſtat
qð dr̃.ij.ij.q.cxxij.ar.iiij.ad ſcðm:ꝙ pctm̃
mortale eſt opus ſeruile:⁊ ꝙ magis fa=
cit ꝯtra iſtud preceptũ peccãs mortal'r
in feſto ꝗ̃ exercẽs opus manuale:q꞉ vt
ibi dr̃ ad primũ illud preceptum quo ad
ceſſationẽ a pctis ⁊ quietẽ mẽtis in deo
eſt genale.generalia aũt nihil addunt
ſupra ſpecialia nec generale numerat̃
cũ ſpeciali ſicut homicidiũ nõ aggraua
tur ex precepto generali.ſ.declina a ma
lo vel noli peccare.Jtẽ illud preceptũ
tertiũ ſm ſenſum literalẽ intelligit̃ ſolũ
de ope manuali ſeu mecanico:ſed quo
ad peccata mortalia intelligitur ſolum M
ſm ſenſum myſticum:vt dicitur ibi:⁊ in
iij.ſe.di.xxxvij.q.j.ar.j.⁊ ſuper Matt.c.
xij.col.iiij.Et bene ſcitis ꝙ argumenta



non trahitur a ſenſu myſtico:ſed tantũ
a literali ſm Diony.⁊ Augu.⁊.s.Tho.
Nec obſtat etiam ⁊ circunſtantia de fe=
A ſto põt cõſyderari vt obiectũ reſpectu
illius actus q̃ eſt cõtẽnere tps ſacrũ:q꞉
illud eſt preter intentionẽ peccantis:vt
plurimum:ſed nulla circunſtantia que
eſt preter intẽtionẽ peccantis dat ſpeciẽ
peccato:vt dicitur prima ſcðo.q.lxxij.ar.
j.⁊.viij.in corpore.Hec ille.¶Pro cuius
verbis nota primo ꝙ cum dicit genera=
le non aggrauare ſpeciale non vult dice
re qð pctm̃ in feſto ſit grauius:ſed ꝙ nõ
eſt grauius ex illo precepto:non facies
opus ſeruile qð pctã nõ ꝓhibet facien=
da:ſed ſignificat eo mõ quo preceptũ de
circunciſione nõ obligabat ad ſucciden
dũ malos affectus:ſed ſignificat hoc eſſe
faciendũ eſt aũt grauius ex ipſa ſancti
tate tpis q̃ contẽnit̃:licet iſta grauitas
nõ ſit niſi in eadẽ ſpecie ⁊ ex ſuppoſitio
ne prioris inordinationis vt dictũ eſt.
Nota ſcðo ꝙ vt patet magr̃.q.ij.ar.vj.
in cor.dupl'r circũſtãtia dat ſpeciẽ pctõ
B priori vno.ſ.mõ ſpeciẽ eiuſdẽ generis:ſi
cut circũſtãtia loci addita furto facit ſa=
crilegiũ qð eſt ſpecies furti.Alio mõ ſpe
ciem oĩno diſperatã:ſicut ſi q̃s furet̃ vt
occidat circũſtantia finis dat ſpeciẽ ho=
micidij q̃ nõ eſt ſpecies furti.Et iſto ſcðo
mõ intelligit̃ ꝙ circũſtãtia q̃ eſt ꝑter in=
tentionẽ:nõ dat ſpeciẽ:lꝫ alio mõ poſſit
intelligi vt ipſe magr̃ petr⁹ declarat in
dubijs ſue tabule.¶Nota etiã ꝓ tota
qõne ꝙ qñ Aug.dicit in lib.de decẽ chor
dis ꝙ melius iudeus in agro ſuo aliq̃d
in ſabbato vtile faceret ꝗ̃ in theatro ſe=
ditioſus exiſteret:⁊ iudeoꝝ femine me=
lius lanã facerẽt ꝗ̃ in neomenijs impu
dice ſaltarẽt:hoc ideo nõ dicit quaſi in il
lo faciant ꝯ duo ꝑcepta:⁊ in iſto contra
vnũ tm̃:ſed ideo q꞉ iã ſabbatũ nõ obli=
gat.ideoq꞉ melius illis eſſet depoſita er
ronea cõſciẽtia in eo opari.vel ideo q꞉ lꝫ
opus manuale in ſabbato.i.in feſto ad
lucrum ſit pctm̃ ſecus ad laudẽ dei pu=
C ta ad ſeruiendum pauperibus vel etiã
ad cauẽdũ a pctis ſicut vir auditis diui
nis licite ſe occupat in ſcribendo nõ ad
lucrum:ſed ne otioſus fornicetur:⁊ do=
micelle a nobilibus matronis laudabili
ter occupant̃ in addiſcẽdis operib⁹ ac⁹:
ne illis ſtantib⁹ in feneſtris mors igre=
diat̃ ꝑ feneſtras.Laudabil'r in q̃ poſtq̃
eis exercitia ſpũalia diu cõtinuata in fa
ſtidium vertunt̃.Jgit̃ canoniſte qui ſen D
tiunt iſtã circũſtantiã eſſe neceſſario cõ
fitendã aut ſileãt:aut.s.Tho.intelligãt
prius vel ſaltẽ vbiq꞉ videant.

Caſus.lxiiij.

Queritur.lxiiij.Utrum is q̃
religionẽ intrat aio ⁊ intẽ
tione ꝑſeuerãdi i ea vſq꞉
ad mortẽ ſi peniteat redi
re ad ſeculũ poſſit:⁊ ꝯtra
here matrimoniũ.Rñdeo
circa iſtã q̃ſtionẽ multa dici poſſent:q꞉
canoniſte ſuꝑ hac re multa ſcripſerunt
obſcurando textus iuris clariſſimos:ſꝫ
breuibus agã.Tria aũt faciam.Primo
q̃dã oportuna ꝑmittam.Scðo recitabo
opiniones reprobãdo falſas ⁊ aſtruẽdo
verã.Tertio ꝯ veritatẽ arguã ⁊ ſoluã.
¶Quantũ ad primũ ſciẽdũ eſt primo ꝙ
dupl'r aliq̃d eſt illicitũ.Primo.ſ.ex ſe vl'
ſm ſe ſiue ex genere ſuo ita ꝙ nunq̃ põt
licite fieri:vt odire vl' blaſphemare deũ, E
Et ſcðo ex circũſtantia:ita ſcꝫ ꝙ in ali=
quo caſu eſt licitũ:⁊ in aliquo illicitũ vt
leuare feſtucã:qð illicitũ eſt in cõtẽptũ
alterius:vel qñ quis dꝫ in alijs occupa=
ri:lꝫ aliqñ liceat nos aũt nunc querim⁹
de illicitis primo mõ:nõ autẽ ſcðo mõ:
q꞉ nõ eſt dubium ꝙ ratione ingratitudi
nis vel alterius circũſtantie talis pecca
re põt:puta q꞉ redit ad ſeculũ,vt ſecula
riter.i.laſciue cõuerſetur.¶Sciendum
ſcðo ꝙ religionẽ tripliciter quis ingre=
di põt.Primo.ſ.animo ⁊ intentione ex=
eundi tandẽ ſed interim aliquo tpe vo=
lendo cõponere mores proprios:vel ſa
tiſfacere voto:vel effugere perſecutionẽ
⁊ hmõi.Et ſcðo aio ſtatim in ipſa habit⁹
ſuſceptione ꝓfitendi expreſſe vel tacite
quod olim licuit:vt ptꝫ extra de regula.
ad apl'icã.⁊ ca.ſtatuimus.⁊ etiam mo=
do licet extra ordines mendicantes:q꞉ F
hoc ꝓhibet̃ i ord.ꝑdi.⁊ mino.ex eodẽ nõ
ſolum li.vj.⁊ i alijs ordinibus mendi=
cantium:ibidem in cap.conſtitutionẽ.
Et tertio aio quidẽ ⁊ intentione perſe=
uerandi ſemꝑ.ſed non aio ꝓfitẽdi infra

annū ſeu vouēdi vł aliter ſe obligandi.
vł qꝛ de hoc nō cogitat: vł qꝛ cogitat:ſꝫ
vult ſe liberū eē p annū. ¶ Sciēdū ē ter
tia ꝙ abbas in.c.lſaturā.extra de voto
ⱸ voti redēptiōe dicit:ꝙ ꝓm canoniſtas
G votum initiaꝶ qñ ꝓpoſitū ſeminatur in
aīo:cōfirmaꝶ aūt cum deliberatio figiꝶ:
cōſummaꝶ ꝟo cum ꝟba enuntianꝶ. Ex
primo hoꝝ nō obligaꝶ q̇s quo ad deum
vel eccleſiam.ex ſcdo ꝟo obligaꝶ q̇s quo
ad deū tm̄.xvij.q.j.qui bona agunt.ſed
nō quo ad eccleſiā:ex quo ſibi nō cōſtat.
ex tertio aūt obligaꝶ q̇s quātū ad vtrūq̧
¶ Sciēdum eſt quarto ꝙ idē ibidē dicit
ꝙ ꝓm.s.Tho.ij.ij.q.lxxxvij.ar.j.ad obli
gationē voti requiriꝶ prio deliberatio:ⱸ
ſcdo propoſitum:ⱸ tertio ꝓmiſſio:q̄ deo
fieri pōt etiā ſolo corde.q̄ quidē dicta.s.
Tho.quāq̧ Jo.an.ⱸ doctores ſimpłr re
citēt tñ mihi vꝶ ꝙ deſtruāt multas theo
ricas canoniſtarū:vel ſaltē opꝫ illas re-
ſtringere. Nam cū dictum ſit in ca.con-
ſulti.extra de reg.ꝙ ſuſcipiēs habitum
religionis cū ꝓpoſito vitā mutādi ē effi
caciter obligatꝰ religioni quo ad deum
propter illud ꝓpoſitū.Cōtrariuꝫ huius
pōt inferri ex dictis.s.Tho.qꝛ nō ſuffi-
cit ꝓpoſitū niſi ſequaꝶ ꝓmiſſio ſaltē in
H corde.Opꝫ ergo reſtrīgere iura q̄ firmāt
deciſionē ſup ꝓpoſito:vt intelligantur
de ꝓpoſito cuꝫ animi ꝓmiſſione.Hec ex
abbate. ¶ Sciēdū eſt quinto ꝙ vel ab-
bas nō intellexit canoniſtas:dicētes vo
tū eſſe propoſitū aliquid faciēdi:vel ca-
noniſte nō intellexerūt quid ſit votum.
Nā ſi ꝓm eos votū eſt ꝓpoſitū cū ꝓmiſ-
ſiōe.dicta.s.Tho.mō euertūt theoricas
canoniſtaꝝ.qꝛ eodē mō ſumūt votuꝫ vt
s.Tho.Si ꝟo eſt ꝓpoſitū ſine ꝓmiſſiōe:
ipſi nō intelligūt q̄d ſit votū.de cuiꝰ rō-
ne eſt ꝓmiſſio.Tum qꝛ cauſaꝶ votuꝫ ex
quadā pollicitatiōe.vt in.l.j.ff.de polli.
Tum qꝛ ſcriptura vbiq̧ innuit votū eſ-
ſe ꝓmiſſionē:ꝓm illud Deuꝶ.xxiij.Si vo
tum ⱸc.Et ſubdiꝶ.Facies ſicut ꝓmiſiſti
I dño nūq̧ ꝟo innuit ꝙ ſit ſolū ꝓpoſituꝫ.
Tum qꝛ idē tꝫ Archi.in.c.qui bona.diſt.
xvij.q.j. Tum qꝛ idē pꝫ ex eius diffini-
tione ſꝫ oēs theologos.quibus in hoc ſtā
dū eſt qꝛ votum eſt actus latrie q̄ cultuꝫ
exhibet deo qui eſt obiectū theologie q̄

eſt ſciētia de deo.vt pꝫ ex ſuo nomine.
Quantū ad ſcdm prima opinio eſt oim
canoniſtarū cōiter dicētiū ꝙ talis ad ſe
culum redire non pōt nec licite contra-
here ſed eſt religioni in gñe vel in ſpecie
obligatus:quoꝝ aliqui dicunt ꝙ talis K
eſt ſolēniter ꝓfeſſus:aliqui ꝟo ꝙ non ſꝫ
ad ſeculū redire non poſſit. Nā Innoc.
in.c.cōſulti.de regu.tꝫ ꝙ iſte ſit verus re
ligioſus.nec teneat matrimoniū ab eo
cōtractū.qꝛ inquit ꝓpoſitū mutādi vitā
cū ſit q̇dā votū.ſolēnizaꝶ per habitus
ſuſceptionē:q̇d etiā tꝫ Hoſti.ⱸ Vin.dicē
tes.ꝙ ſi iſte vxoreꝫ habuiſſet in cognita
illa potuiſſet incontinēti alteri nubere.
quaſi p hoc ꝓpoſitū ſolēnizatū p habitꝰ
ſuſceptionē diſſolutū fuerit mrīmoniuꝫ
nō cōſūmatū:q̇d Jo.an.dicit ꝓbari per
ca.bñficiū.de regu.lib.vj.vbi dꝛ ꝙ bñfi-
ciū ſuſcipiētis habitū nouitioꝝ pōt alte-
ri cōferri:ſi euidēter appet euꝫ voluiſſe
vitā abſolute mutare:ⱸ cum hac opiniōe
trāſit dñs An.i.c.ꝯſulti.ⱸ fere oēs ſcribē
tes.Sꝫ dñs Cardi.tꝫ iſtum nō eē veꝝ re
ligioſum:quāq̧ ad ſeculum redire non
poſſit ⱸ cōſequēter teneret matrimoniū
ab illo cōtractum:qꝛ inq̇t p ſuſceptionē
habitus nō fit ꝓfeſſio tacita vel expſſa. L
ⱸ ꝯñr votum nō ē ſolēnizatū quo ad di-
rimere matrimoniū poſt cōtractū per.c.
vnicum.de voto.lib.vj.ⱸ ita refert ſe con-
ſuluiſſe in facto.Sꝫ opinio canoniſtarū
ſtare nō pōt.Quicunq̧ em̄ obligaꝶ reli-
gioni obligaꝶ ſupioris p̄cepto vł ꝓprio
voto.Sꝫ iſte nō obligaꝶ religioni ſupio-
ris p̄cepto vt cōcedūt canoniſte ꝯ quos
arguo.neq̧ ꝓprio voto:qꝛ de rōne voti
eſt ꝓmiſſio:vt patuit:quē iſte non fecit.
vnde bñ dicit Panor.ꝙ doctrina beati
Tho.imo oim theologoꝝ:canoniſtarum
theoricas euertit.Specialꝛ autē opinio
cōioꝛ.i.Inno.ⱸ ſequaciū ſtare nō poteſt.
Nā oē votū ſic ſolēnizatum vt poſſit ſe-
quēs mrīmoniū dirimere:eſt ſolēnizatū
p ordinē ſacrū vel ꝓfeſſionē expſſam vł
tacitā factā alicui de religionibꝰ appro-
batis ⱸ nō alr:q̇d pꝫ in dicto ca.vnico. M
Sꝫ iſte nō eſt ꝓfeſſus expſſe vł tacite.ꝙ
pꝫ prio p.c.ex trāſmiſſa.extra de renun.
vbi clare pꝫ ꝙ votū intrādi religionē ⱸ
ꝓpoſitū perſeuerandi ſimul nec faciunt



religioſū p habitꝰ ſuſceptionē nec aliquā
inducūt ꝓfeſſionē.Et ſcdo p ca.ad aplꝛ-
cā.de regu.vbi pꝫ ꝙ ꝓfeſſio fieri nō pōt
ſine cōſenſu ꝓfitētis ⱸ monaſterij:q̇d nō
A intēdit iſtū ad ꝓfeſſionē recipe dādo ha
bitum nouitioꝝ.ſed vult mores eius ex
periri.Et tertio qꝛ cū iſta ꝓfeſſio ſit q̄ſi
quidā cōtractꝰ ⱸ hincinde oriaꝶ obliga-
tio reciproca:nō pōt cōſiſtere ex ꝑte vniꝰ
tm̄.l.in oibꝰ.ff.de act.ⱸ ob.Scda aūt opi
nio eſt petri de palu.ⱸ Franci.de zaba.
ꝙ ſuſceptio habitꝰ religionis.cum firmo
ꝓpoſito remanēdi equipollet voto ſim-
plici ex vi ſtatuti eccleſiaſtici.extra de re
gu.ſtatuimus:ita ꝙ talis ad ſeculum re
dire non pōt:nō rōne voti ſed rōne ſta-
tuti vel precepti eccleſiaſtici.Sꝫ nec iſta
opinio pōt habere veritatē:q̇d ꝓbo pre
miſſis tribꝰ dictis q̄ habenꝶ in canone.
extra de regul.Nā in.c.ꝯſulti.Innocen.
iij.dicit in hoc caſu ſic.Nos credimus di
ſtinguēdum:vtrū is q̄ cōuertiꝶ ꝓpoſue-
rit abſolute vitā mutare vt ſub habitu
regulari oīpotēti deo de cetero famuleꝶ:
an cōditionalr̄ experiri obſeruantiā re
B gularē:vt ita demū ſi ſibi placuerit ꝓfi-
teaꝶ ordinis diſciplinā.in primo caſu dꝫ
vt regulariter viuat ad laxiorē ſalteꝫ re-
gulam pertranſire.In ſcdo pōt ad ſecu-
lum non vt viuat ſeculariter remanere.
Ut ergo q̄ ſit eius intētio plenius agno-
ſcaꝶ ꝓpoſitū ſuū in pricipio ꝓfeſteꝶ.hec
ibi.Ubi pꝫ ꝙ intētio mutandi vitā ab-
ſolute obligat ex ſe ſine quocūq̧ p̄cepto
vł ſtatuto:cū papa nihil ibi mādet aut
ſtatuat:ſed ſolū declaret.Deinde vero
in.c.ſtatuimus.Grego.ix.in eodē caſu ſic
dicit Statuimus nouitios in probatiōe
poſitos ante ſuſceptū religiōis habituꝫ
qui dari ꝓfitētibus cōſueuit:vel añ ꝓ-
feſſionē emiſſam ad priorē ſtatū redire
poſſe libere infra annum:niſi euidenter
appareat ꝙ tales abſolute voluerint vi
tā mutare:ⱸ in religione perpetuo dño
C deſeruire cū q̄libet renūtiare valeat ei
ꝙ p ſe noſciꝶ introductū.Nihilominus
ſtatuētes ad oēm ambiguitatē penitus
amouēdā ꝙ cū in q̄buſdā locis religio-
ſis nouitioꝝ habitꝰ nō diſtinguaꝶ ab ha
bitu ꝓfeſſoꝝ profeſſionis tpe bñdicanꝶ
veſtes que profitētibus cōcedunꝶ vt no

uitioꝝ a ꝓfeſſorum habitu diſcernatur.
Hec ibi.Deinde Innocē.quartus in.c.
Non ſolum.eo.tit.lib.vj fratribus p̄di-
catorum ⱸ minoribus inhibet ſub excō-
D municatiōis pena:ne ante annū ꝓba
tionis qui eſt maxime ſubſidium fragili
tatis humane regulariter inſtitutꝰ reci-
piant ad ꝓfeſſionē ſuoꝝ ordinum: vel
renūtiationē ſeculo faciēdam ne vñ ſpi-
ritualis profectus queritur ſalutis di-
ſpendium ſubſequaꝶ.Premitto etiaꝫ ꝙ
ꝓm Petrū idē eſt qui vult abſolute vitā
mutare:ⱸ qui intēdit ꝑpetuo eſſe in reli
gione.lꝫ non ſint idē ꝓm veritatē.Tunc
arguo ſic.primo.Nā q̇d ad aliquid obli
gat ex ſe:non obligat ad illud ex quocū-
q̧ p̄cepto eccłie ſupueniēte qꝛ illud p̄ce-
ptum eccłia ſine cauſa ⱸ rōne ⱸ ꝯñr fru-
ſtra feciſſet.Sed ſuſceptio habitus reli-
gionis cum propoſito ꝑſeuerandi.i.mu-
tandi vitā abſolute ex ſe obligat ad nō
redire ad ſeculum vt patuit per ca.cōſul
ti.ergo nullū eſt factuꝫ p̄ceptū ab eccłia
ad obligādū ad h̄.ſcdo.Nā ſi talis ē ad h̄
E obligatus ex p̄cepto eccleſie:cā obliga-
tiōis eſſet ex ꝑte eccłie.ⱸ nō ex ꝑte noui-
cij.ſed hoc eſt falſum vt pꝫ per.c.Statui
mus.in quo reddiꝶ cā obligatiōis.qꝛ.ſ.il
le renūtiauit iuri ſuo.i.libertati ſibi ꝯceſ
ſe in anno ꝓbatiōis.Et ſi dicaꝶ ꝙ illa re
nūtiatio nō eſt cauſa obligationis:ſꝫ eſt
diſpoſitio ad cām.i.p̄ceptum.Cōtra qꝛ
libertati ſue nullus renūtiat niſi qꝛ vult
obligari:ad velle autem obligari ad ali-
quid ſequitur eſſe obligatum cū illud ſit
votū ſaltem interp̄tatiue ⱸ conſequēter
ſupflue induceref p̄ceptū obligatiuū vel
ſi nō ſequiꝶ eē obligatū.tñ q̄ vult obliga
ri ſtatim pōt ſe deo obligare vouendo:ⱸ
ꝯñr ſupflue inducitur p̄ceptum.Tertio.
Nā q̇d eccłia alios facere prhoibet:ipa
nō facit ſtāte eadē cā.Sꝫ eccłia prohibet
alios obligare aliquē ad religionē ante
annū ꝓbationis etiā volētē obligari.vt
pꝫ in.c.nō ſolum.ergo hoc ipſa non facit
F ſtāte eadē cā:ſicut ſtat in ꝓpoſito qꝛ nō
minꝰ vergit in diſpēdiū ſalutis aliquem
obligari ad religionē ex p̄cepto eccłie q̄
ex ſuaſione inducētis ad ſe obligandū.
Quarto ſi decretalis:ſtatimꝰ.hꝫ ꝟitatē
p diſtictionē habitꝰ nouitioꝝ ⱸ ꝓfeſſoꝝ

in iſto caſu ois tollit ambiguitas. vt p3
d.c.ſtatuimus. Sed ſi eccl'ia precipit vt
ſuſcipiēs habitum nouitiorū cū intētio-
ne pſeuerandi ſit religioni obligat⁹: nō
tollit ois ambiguitas: q2 quēuis horum
G habituū qs recipiat intēdens pſeuerare
nihil refert: ex quo vtroq3 mō eſt obliga
tus. ergo ſi Petri opinio eſt vera decre-
talis eſt falſa. Quinto nullū pceptū ver
gēs in diſpēdiū ſalutis animarū eſt fa-
ctum ab eccl'ia. q2 hoc ipſa q̄ a ſpūſctō re
git cauet. vt etiā p3 in. d.c. nō: ſolū. Sed
iſtud eſt hmōi q2 cum fere oēs intrātes
religionē habeant intētionē perſeuerā-
di: ſi eis non notificat hoc pceptum illa-
queātur ignorātes. ſi vo eis notificat da
tur eis occaſio vt pſeuerādi itētionē mu
tēt qd multū nocet aiabus. Tertia autē
opinio vera t3 primo q eccl'ia circa hoc
nullam fecit pceptum neq3 aliqd obliga
uit ſ3 reliqt annū pbationis liberu3. Et
ſcdo ꝯñr q nullus obligat ad religionē
niſi ex pprio voto. Et tertio q ille q in-
H gredit cū aio pſeuerādi ſed nihil vouēs
aut ſpōdēs eſt in ſua libertate ꝯhendi
mrīmoniū p totū annū pbationis. q2 ad
religionē nō obligat proprio voto: neq3
alieno pcepto. Iſtā aūt opinionē op3 di
cere eſſe de mēte. s. Tho. vt p3 p ea que
ſ. allegata ſunt de abbate. z clari⁹. ij. ij.
q. vi. ar. iiij. Hanc etiā ſequit ſumma ro-
ſella. ti. nouitius. §. xiij. z ſumma Angeli.
ti. eo. §. xij. Sed cōtra videtur q hec opi-
nio ſit falſa. Primo. Nā dr in ca. vidua.
extra de regu. Uidua ſi ſponte velum cō
uerſionis quāuis nō ſacrum ſibi impo-
ſuerit: z in eccl'ia iter velatas oblationē
deo obtulerit: velit nolit ſanctimonie ha
bitum vlterius d3 habere licet iuramē-
to firmare velit: eo tenore velamen ſibi
impoſuiſſe vt deponere poſſet. Hec ibi.
Ergo a ſimili imo a fortiori habitū depo
nere non pōt qui illū nō depoſiturus aſ
ſumpſit. ſol. Nō eſt ſimile: ſed eſſet ſimile
ſi quis ſponte aſſumeret habitu3 profeſ
ſorū conſentientibus his quoꝝ eſt incor
I porare religioni: q2 ſm gl. z canoniſtas
maxime abba. illud velū erat monacha
rū pfeſſaꝝ. z illa oblatio ſil'r ex loci con-
ſuetudine ppria erat pfeſſaꝝ. vñ vidua
hec intelligit implicite voluiſſe pfiteri.

Scdo. Nā i multꝫ capit'is dr q q voluit
abſolute vitā mutare tenetur ad religio
nē. ſ3 ita eſt in propoſito. ſol. Non eſt ve-
rum: q2 ſm veriorē opinionem ille abſo
lute vult vitam mutari qui vult ſe ſua li K
bertate priuare per votum vt dicit ſum
ma angeli. Tertio. Nā extra de regul.
in. c. ſuper eo. Clerici qui infra annū p-
bationis a religione diſceſſerant: ad illā
vel aliā cogant redire. ſol. vt p3 in eode3
c. illi emiſerant votū religiōis. ¶ Eſt aūt
ſciendum q textus in. c. nō ſolum eū qui
proponit vitā abſolute mutare. diuidit
contra eum q expreſſe vel tacite profite
tur pp̄ter duo. Primo q2 iſta voluntas
mutandi vitā abſolute pōt eſſe per votū
ſine profeſſiōe: qui reqrit cōſenſu3 duoꝝ
Scdo ſm aliquos: q2 pōt eſſe p inchoa-
tionē profeſſionis. q2. ſ. qs offert ſe profeſ
ſioni quā tñ alius nō ſubito recipit: q2 ta
lis interptatiue vouet: z ſi alius ei⁹ pro-
feſſionē non acceptet tenetur trāſire ad
aliam religionē. ſicut etiā ſi qs offerat cō
ſenſum mrīmonialē3 vni poſtq3 obtulit
ēt ſi alter non ſtatim reſpōdeat ille iam
quantum eſt in ſe obligatus eſt quarto.
Nā quicūq3 eſt ingratus deo peccat. S3
qui ſuſcipit habitū religionis cū intētiōe L
perſeuerādi z reuertitur ad ſeculū: ē in-
gratus deo de religiōis maximo benefi-
cio zc. ſo. Eque pbaretur q ingrediens
cū aio exeūdi ſi voluerit peccat exeūdo.
Iſtō ei pctm̄ nō ꝯſiſtit in exitu ſm ſe cō-
ſyderato: ſed ratiōe circūſtātie. Cōcedo
ergo q exiens ſine cā ſemp peccat: ſ3 nō
in eo q exit: ſed in eo q ſine cā exit. Sed
tñ l3 exeat cū pctō rōne circunſtantie: ex
ipſa tñ ſua intētiōe pſeuerādi nō phibe
tur q nubere poſſit. quinto ois mittens
manū ad aratrum z reſpiciēs retro pec-
cat: q2 nō eſt aptus regno dei. Lu. ix. ad
qd ſolū pctm̄ inhabilitat. S3 iſte ē hmōi
Sol. Scdm Bedā manū ponere ad ara
trū eſt ſuū cor ferro verbi dei p cōpūctio
nē ſcindere vt bonorū operū fruct⁹ pro- M
ducat. Hoc aūt dupl'r cōtingit. Primo. ſ.
vt producantur fruct⁹ neceſſitatis p ob
ſeruantiā mādatorū: z ſupererogatiōis p
obſeruātiā cōſiliorū religiōis ingreſſū.
Et ſil'r duobus modis aliquis eſt aptus
regno dei. Primo. ſ. aptitudīe ſufficienti



vel neceſſaria q in charitate. Et ſecūdo
aptitudine ſup abūdāti q in charitatis
pfectiōe cōſiſtit. Qui ergo reſpicit retro
ne pducat fruct⁹ neceſſitatis: nō ē apt⁹
p'io mō: qui vo reſpicit ne producat fru
ctus ſupererogatiōis: ſed ſolū neceſſitatis:
A eſt poſſibil'r aptus p'io mō ſ3 nō i ſcdo.
Qui ergo exit religionem pōt exire ſine
pctō: puta q2 exit ex cā rōnabili: z cum
pctō veniali: q2 exit ſine cā rōnabili: ſo-
lū religiōis auſteritate deterit⁹ vel aliq
honeſta voluptate allectus: licet cū ali-
quali ingratitudine q poſſibil'r ē venia-
le: aliqñ vo cū pctō mortali: puta. q2 cū
intētione illicite fruēdi voluptatib⁹ pec
catorū: vel cum tāta ingratitudine que
ſit mortale: qd nō eſt facile diiudicare. s.
Thom. aūt. ij. ij. q. vi. ar. iiij. ad primū ſic
dicit. Nō itelligit qs retro aſpicere ni ſi
qñ pretermittit id ad qd ſe obligauit: alioq
ois faciēs aliqd bonum opus per tps ſi
nō ſemper id faciat eſſet ineptus regno
dei. qd patet falſum. Hec ex illo.

¶ Caſus. lxv.

B Queritur iterum an liceat iſte
contractus ſiue locatio: ſiue
impignoratio ſic. Petr⁹ hñs
iocale valoris aureorū trecē
torū: z indigēs pecunia: acci
pit a Titio aureos trecētos: z Titi⁹ a Pe
tro dictū iocale: hoc pacto vt quoties il-
le reſtituerit iocale. iſte pecuniam reſti-
tuat. Rñdeo p dicēdorū fūdamēto aſſu-
mo diſtinctionē ſancti doctoris. ij. ij. qō.
lxxviij. ar. j. z Pañ. ſuper rubrica de vſu-
ris: q diſtinctio hr̄ etiā in textu iuris hu-
mani ciuilis. ff. de vſufru. l. olm. z inſtit.
eo. §. conſtituitur. licet ſit aliqua diſſonā
tia inter illos text⁹ legales. de qua nihil
ad rem mō. Eſt aūt diſtinctio hec. Rerū
poſſeſſarū quedā ex ſuo vſu principali z
vſitatiori total'r cōſumuntur: ita q poſt
ſuū vſum non habētur ſub propria ſpe-
cie atq3 ſubſtantia: vt panis: vinum: et
hmōi: quedā vero ex ſuo principali vſu
non cōſumunt ex toto. z ſi nōnunq3 pa-
tiant detrimentū vt ager: domus: equ⁹.
In p̄mis igitur vt probat. s. Thom. z vt
C habetur in textu legū pdictarū conſtitui
non pōt vſuſfructus: nec ipſa locari pñt
annuo vel diurno vel quouis cenſu ſed

in ſcdis ſecus eſt: q2 ſeorſum tradi aut
vēdi pōt vſus: puta domus retēta pro-
prietate z ſil'r pprietas vſu retēto. nō au D
tē in primis: ſed cuicūq3 cōcedit vſus vi
ni: trāſit vinū in dñium z proprietatem
ei⁹. Uñ ridiculum eſt dicere: mutua mihi
panē vnū quouſq3 vtar eo aut ſcyphum
vini: nō aūt mutua equū aut domu3 vel
agrum. Pecunia aūt ſub p'io rerū gñe
continetur. ita q qui ea vtit quātum ad
ei⁹ vſum principale3 qui eſt diſtractio:
eam cōſumit q2 iā non h3 eam in ppria
ſpecie: z ſubſtantia. z ſi eam h3 in equi-
ualenti. i. in re empta: ſicut z panis ha
betur in ſanguine in quē eſt p digeſtio-
nem cōuerſus. Monile aūt cōtinet ſub
ſcdo q2 poſt ſuum principalē vſum q eſt
oſtētatio adhuc remanet ſpecies z ſub-
ſtātia rei. Igitur pecunia locari nō pōt.
vt inde capiat vſuſfructus: q tñ capi po
teſt de monili. Igitur ſi in dicto caſu ſit
locatio vel cōtractus alius. i. impigno-
ratio ſicut de facto eſt eo mō quo practi
cat. Probo q ſit illicitus ex parte locan-
tis pecuniā vel mutuantis ſuper pigno E
re. Primo ſi ſit locatio. Quicunq3 eñ ex
vſu ſue pecunie accipit aliqd vltra ſor-
tem ex pacto vel intētione: ſine qua non
capitali exiſtente ſecuro: eſt vſurari⁹: vt
p3 ex diffinitionib⁹ vſure q2 accipit ptiū
vſus rei non habētis vſum appropriata
te diſtinctu3. S3 in iſto ꝯctu. Titi⁹ dans
trecentos aureos pro vſu ſue pecunie
aliquid accipit vltra ſortem capitali ſe-
curo: q2 accipit vſum iocalis qui aliqd
valet ſicut z vſ⁹ equi vel dom⁹. Scdo ēt
pbo q ſit illicit⁹ ſi pecunia nō ſit locata:
ſ3 mutuata ſup pignore. Nā ſic pbat. ſ.
doctor. ij. ij. q. lxxviij. qui vtitur pignore
obligato tenet ptiū vſus cōputare in ſor
tē niſi talis res ſit cui⁹ vſus cōcedi ſolet
inter amicos: puta liber vel aliqd mini-
mū. alioqui ſi nō cōputatur ſi qdem hoc
fiat ꝯſentiēte debitore ē vſura: eo vo no-
lēte eſt furtu3. vt in. l. pignore. ff. de furt.
Sed ꝯ videtur q ex parte titij liceat cō F
tract⁹. Nā ſicut Petrus licite pōt locare
iocale. ita z titi⁹ pecunia3 locare pōt. q2
ſ3 Sco. i. iiij. di. xv. pecūia ſignata locari
pōt. ſol. Dico q pecuniā ſignatā poſſe
locari: z inde lucrū accipi: nō eſt dictū.

Scoti ſolū: ſ3. s. Tho. ꝛ cōiter oīm theo=
logoꝝ ꝛ canoniſtarū: qꝛ ſic cōcedit pecu
nia ad aliquē vſum ſecūdariū per quem
non ꝯſumit puta ad oſtentatiōnē. Et ſi
G ita eſſet in caſu: ita ꝙ petrus acciperet
aureos trecentos ad oſtentādum reſti=
tuendos non ſolum in ſpecie ſed in nu=
mero: ita ꝙ extēſo digito poſſet quis ſi=
gnādo dicere. Iſti ſunt quos mutuauit.
Tertius. Dico ꝙ caſus eſſet licitus: quia
tūc pecunia haberet vſum a proprieta=
te diſtinctum: ꝛ eſſet locabilis ſicut ꝛ mo
nile. ꝛ ſeruaretur equalitas iuſtitie. Sed
in propoſito non eſt ita.

¶ Incipit Ultimus Tractatus Auree Roſe.

In conſecratione eccleſie.

INgreſſus Jeſus pam
bulabat hierico Luc.
xix. Sciendum eſt aūt
ꝙ ea que in pñti euan
gelio narrantur conti
gerunt qñ dñs vltima
vice aſcēdebat hierl'm
H ad paſſionē. (Et ecce vir nomine zacheꝰ:
ꝛ hic erat princeps publicanorum) Pu=
blicani erāt q̄ publica vectigalia exige=
bant: ꝛ erant cōmuniter viri pctōres et
infames. Iſte aūt fuit eoꝝ pꝛīceps. Uel
qꝛ habebat aliqḋ officiū ſup alios: vel qꝛ
erat pͥmus in celeribus: vel qꝛ erat pͥmꝰ
in diuitiis (ꝛ ipſe diues. Et q̄rebat vide=
re ieſum q̄s eſſet ꝛ nō poterat pre turba
qꝛ ſtatura puſillus erat. Et precurrens
aſcēdit in arborē ſicomoꝝ/ vt videret il=
lū: qꝛ inde erat trāſiturꝰ. Et cū veniſſet
ad locū: ſuſpiciēs Jeſus vidit illum: ꝛ di
xit ad eū zachee feſtinās deſcende: quia
hodie in domo tua opꝫ me manere) Opꝫ
aūt aliqñ importat neceſſitatē: vt ſi dicā
opꝫ me mori: aliqñ importat indigētiaꝫ
vt ſi dicā. opꝫ me habere veſtē vel equū.
I Hic aūt non tenet pͥmo modo: qꝛ xp̄s in=
finitis aliis modis miraculoſe ꝛ ſine mi=
raculo potuiſſet ꝑ ſe ꝛ ꝑ ſuis prādium
inuenire: ſed ſcḋo modo: vt ſit ſenſus za=
chee indigeo me recipias in domo tua
ad prādium cū ſuis paup. Un̄ q̄ deſyde=
rabat videre xp̄m quē nunq̄ ante vide=
rat vt dicit titus illū meruit hoſpitio re
cipere. (Et feſtinās deſcendit: ꝛ excepit
illū gaudens. Et cū viderēt oēs murmu
rabāt dicētes: ꝙ ad hominē pctōrem di
uertiſſet. Stās aūt zacheus dixit ad do= K
minum. Ecce dimidiū bonoꝝ meoꝝ dñe
do paupibus: ꝛ ſi q̄d aliquē defraudaui
reddo quadruplum) Eſt aūt ſciendu3 ꝙ
iſte zacheus ſm Chry. habebat aliqua
bona iuſte poſſeſſa ex patrimonio ꝛ ali=
qua iniuſte rapta. Et ſciēdum rurſus ꝙ
bona rapta q̄ habebat erāt i duplici dif
ferentia. Nā q̄dam erāt incerta ꝛ q̄da3
certa. ſic ergo pñs paſſus exponit. Ecce
dimidiū bonoꝝ meoꝝ dñe do paupibꝰ p
reſtitutiōe incertoꝝ. Et ſi q̄d aliquē de
fraudaui de quo. ſ. ꝯſtat mihi reddo qua
druplū. ¶ Notādū aūt ꝙ non dixit da=
bo: ſed do: qꝛ ſm Theo. nō ſolū hoc pro=
mittebat: ſed faciebat. Sꝫ nunq̄d tene=
bat reddere quadruplū. Ad hoc dico ꝙ
Chry. vr̄ innuere ꝛ ſilr̄ q̄dam alii ꝙ ſic: qꝛ
lex Exo. xxii. mādat q̄dā in triplo q̄dam
in q̄druplo: ꝛ q̄dā in quintuplo reſtituē
da: ſed hic ꝑ mediū. i. quadruplū intelli=
gunt alia extrema. i. triplū ꝛ q̄ntuplum.
Sꝫ b. Tho. ii. ii. q. lxii. ar. iii. tenet ꝙ nō. et L
dicit ꝙ zacheꝰ iſta dixit volens ſupero=
gare ꝛ plꝰ facere q̄3 tenebat. Ad eq̄litatē
em̄ iuſtitie ſufficit reddere ſimplū in fo=
ro ꝯſciētie. Si tñ aliq̄s fuiſſet ꝯuictus in
iudicio ꝛ iudex eū cōdēnaſſet tūc ꝛ non
aliter tenebat ſoluere qḋ lex mandabat
(ait Jeſus ad eū. Qꝛ hodie ſalus domui
huic facta eſt: eo ꝙ ꝛ ipſe filiꝰ ſit Abrae)
Eſt aūt dubium vtrū carnaliter vel ſm
fidem zacheus filius fuerit Abrae. ꝛ ſm
aliq̄s veritas eſt ꝙ carnaliter fuit filius
Abrae: qḋ pꝫ. qꝛ illi q̄ murmurabant de
xp̄o: ꝙ ad hoīem pctōrē declinaſſet: mul
tomagis murmuraſſent ſi declinaſſet ad
gētilem: qꝛ tales erāt iudeis abhomina
biles: ꝛ hoc ip̄m vt ſuā murmurationem
iuſtiorē facerēt in ſui exactionē addu=
xiſſent. dicentes ꝙ ad hominē gentilē et
peccatorem declinaſſet. Scḋo hoc patet
vt dicit: qꝛ ipſe voluit facere reſtitutio=
nē in q̄druplū ſm tenorē legis: ad quem M
gētiles nō tenebant. Oppoſitū tñ tenet
mag. hiſt. ꝛ vr̄ tenere beda dicēs. Filius
aūt abrae. zacheus dr̄ nō qꝛ de eius ſtir=



pe genitus: ſed qꝛ eius eſt fidem imita=
tus. Et idē videtur tenere Ambro. dicēs
zacheus exiguꝰ meritis ſicut ppl's natio
nū: huiꝰ dubii veritas eſt mihi incerta:
A ꝛ oēs rōnes ꝛ autoritates q̄ hincinde in
ducunt ſolui poſſunt: tñ credo ꝙ nō fue
rit carnalr̄ filiꝰ abrae. Ad primū ꝫ hoc
dr̄ ꝙ forte erat ꝓſelitꝰ: ꝛ ſuſceperat cir=
cūciſionem. Uel dato ꝙ gētilis eſſet: iſti
murmuratores nō fuerūt auſi ei titulū
gētilitatis opponere: qꝛ erāt gētiliū. i. ro
manoꝝ ſubditi. ſed primū vr̄ ꝓbabiliꝰ.
Ad ſcḋm dr̄ ꝙ illā reſtitutionē ſm intētē
s. Tho. nō faciebat quaſi lege obligatꝰ.
ſꝫ ſuperogādo. Uel pōt dici ꝙ faciebat
tanq̄ ꝓſelitꝰ. (Uenit em̄ filius hoīs q̄re
re ꝛ ſaluum facere quod perierat.)

In vigilia ſancti Andree.

STabat Joannes ꝛ ex diſci=
pulis eius duo. Jo. i. Unus
illoꝛu3 erat Andreas: vt in
hoc euāgelio dr̄. Aliꝰ igno=
rat: ꝛ a q̄buſdā dr̄ fuiſſe Joā
nes q̄ ſe more ſcribētiū hiſtorias nō vult
B noīare. (Et reſpiciens Jeſum ambulan
tē dicit. Ecce agnus dei) Cū aūt ſicut di
cit Orige. in lege moſaica offerent tria
gña aīaliū terreſtriū. ſ. vitulus: capra: et
ouis: et ouiū: aries: agnus: et ouis. auiū
aūt turtur/ ꝛ colūba. Tñ ſacrificiū agni
erat principale qḋ ſingulis diebus ma=
ne et veſpere offerebat ſine mutatione
alia ꝟo offerebant ex adiūcto. Igit xp̄s
dictus eſt agnꝰ: qꝛ xp̄s eſt principale ſa=
crificiū: qꝛ lꝫ ad ſalutem fidelium ꝓſint
oēs martyres: nō tñ vt dicit. s. Tho. niſi
inq̄tum ſu ꝑ oblationē agni quaſi obla
tio adiūcta principali ſacrificio immola
tur. Et qꝛ ſacrificiū agni inter oīa ſacri
ficia veteris legis expꝛ̄ſſius xp̄i paſſionē
figurauit: rōne innocentie et rōne tp̄is
in quo ſolēniter imolabat: qꝛ in paſcha.
Et rōne effectus: qꝛ per illud ſacrificiū
fuit hebraicus ppl's de ſeruitute Pha=
raonis liberatus: ideo ſupra idem Joā
nes dixerat. Ecce agnꝰ dei: ecce qui tol=
lit pctm̄. i. pctā mundi: ponendo ſingula
C re pro plurali. Uel hoc dixit ratione pcti
originalis. qḋ eſt vnum ſpē in omnibus
hominibus ſm. s. Tho. ſ. ſſ. q. lxxxii. Eſt
autem ſciendū ſm magi. hiſto. ꝙ agnus
latine ab agnoſcēdo dr̄: eo ꝙ in magno
grege matrē ad vocē agnoſcat: ſed gre=
ce vt ait dr̄ ab agnō qḋ eſt pium. Et qꝛ
xp̄s agnouit patrem per obedientiam: ꝛ
matrē per curā: ꝛ pius fuit in paſſione ꝑ D
quā nobis pacē cū deo acquiſiuit: ideo
vt ait ter in miſſa dr̄. Agnus dei. Qꝛ ꝟo
Joannes aū predixerat ꝙ xp̄s venerat:
dum nūc dixit iſta verba de Jeſu: diſci=
puli q̄ eū audierunt intellexerunt ꝙ Je
ſus eſſet xp̄s meſſias. Et ideo ſecuti ſunt
eū: vt viderent vbi maneret. Et viderūt:
qꝛ ſicut dicit Chry. lꝫ xp̄s non habuerit
domum propriam iuxta illud. Filius ho
minis nō hꝫ vbi caput ſuū reclinet. Mat
the. viii. tñ vt dicit nō morabat extra do
mū: ſed in domo aliena. Ego aūt iſta ſic
intelligo: qꝛ dato ꝙ xp̄s habuerit ius in
bonis ioſeph aut ſue mr̄is ſiue ip̄a fuit
heres vt q̄dam dicūt ſiue dotē habuerit
tñ xp̄s oībus renūciauit viuēs tanq̄ reli
gioſus vt religioſibus daret pͥncipiū vi
uendi in pauptate. (Et audierūt eū duo
diſcipuli loquentē ꝛ ſecuti ſunt ieſu3. Cō
uerſus aūt Jeſus videns eos ſeq̄ntes ſe E
dicit eis Quid queritis? Qui dixerūt ei.
Rabbi: qḋ dr̄ interꝓtatū mag. vbi habi=
tas? Dicit eis. Uenite ꝛ videte. Uenerūt
ꝛ viderūt vbi maneret: ꝛ apud eū mā ſe=
runt die illo. Hora aūt erat quaſi deci=
ma. Erat aūt ādreas frater Simonis
Petri: vnꝰ ex duobus q̄ audierāt a Joā
ne: ꝛ ſecuti fuerant Jeſum. Inuenit hic
primū fratrē ſuū Simonē: ꝛ dicit ei In=
uenimus meſſiam) ſm ꝙ dicit Aug. he=
braice meſſias: grece vnctus latine xp̄s
dr̄. qꝛ chriſma eſt vnctio. qḋ eſt interpre
tatū xp̄s. (Et adduxit eū ad Jeſum. In=
tuēs aūt eum Jeſus dixit. Tu es ſimō fi
lius Joāna.) ¶ Nota ꝙ idē eſt filiꝰ Joā=
na. qḋ Bariona. ex bar. filius: ꝛ Joāna.
(Tu vocaberis cephas qḋ interꝓtat pe
trus.) Sicut magr̄ hi. dicit cephas eſt he
breū ꝛ ſyrū: petrus vero grecū ꝛ latinu3
ꝛ a petra dr̄. Utrū vero nunc nomē xp̄s
imponat: dicit idē ꝙ tutius eſt dicere ꝙ
illud impoſuerit qñ dixit. Tu es petrus F
ꝛ ſup hanc petrā ꝛc. Mat. xvi. vel qñ ele
git. xii. ꝛ ſimoni impoſuit nomē Petrus.
Marc. iii. Si tñ intelligat nūc hoc nomē
imponere i ſequētibꝰ nō imponit denuo

ſed impoſitū confirmat. (In craſtinū vo
luit exire in galileā ⁊ inuenit Philippū.
Et dicit ei Jeſus ſequere me. Erat autē
Philippus a betſaida ciuitate Andree ⁊
Petri. Inuenit Philippus Nathanael:
G ⁊ dicit ei. Quem ſcripſit Moyſes in le-
ge. ⁊ ꝓphete inuenimꝰ Jeſum filiū Jo-
ſeph a Nazareth) ſꝫ exiſtimationē ppl'i.
(Et dixit ei Nathanael. A nazareth pōt
aliquid boni eſſe). Sicut dixit Aug. Na-
thanael cuius ſunt iſta verba fuit doctiſ
ſimus in lege: ideo forte intellexit ꝙ xp̄s
aliquo mō veniret a Nazareth ⁊ nō ſolū
a bethleē. Forte etiā non intellexit. Jō il
la v̄ba vt dixit dupl'r legi pn̄t. ſ. remiſſi-
ue ſeu affirmatiue. ſ. ſi illud intellexit. et
interrogatiue ſeu dubitatiue ſi nō intel-
lexerat ꝙ a nazareth xp̄s aliquo mō ve-
niret (Dicit ei Philippꝰ. Ueni ⁊ vide. Ui
dit Jeſus Nathanael veniētē ad ſe ⁊ di
xit de eo. Ecce vere iſraelita: in quo do-
lus non eſt. Dicit ei Nathanael. Un̄ me
noſti.) R̄ndit Jeſus ⁊ dixit ei. Prius ꝙ te
H Philippꝰ vocaret cū eſſes ſub ficu vidi
te) Scd̄m Aug. ad literā qn̄ Philippꝰ al
locutus eſt Nathanael erāt ambo ſub fi
cu: ⁊ xp̄s lōge aberat. Ideo iſte ex his in-
tellexit ꝙ xp̄s cognoſceret occulta iōq̄ʒ
illuminatꝰ a deo ſtatim dixit (Rabbi tu
es filiꝰ dei tu es rex iſrl'). i. Meſſias R̄n-
dit Jeſus ⁊ dixit ei. Qꝛ dixit tibi: vidi te
ſub ficu: credis: maiꝰ his videbis. Et di-
cit eis. Amē dico vobis videbitis celū ap
tum ⁊ angelos dei aſcēdētes ⁊ deſcēdē-
tes ſupra filiū hoīs). ſ. in obſequiū diui-
nitatis latētis in humanitate. Hoc autē
ſm̄ s. Tho. factū eſt qn̄ in paſſione appa
ruit angelus cōfortās eū: ⁊ in reſurrectio
ne qn̄ deſcēderunt ad ſepulcrū: ⁊ in aſcē
ſione qn̄ duo viri in veſtibus albis ſtete
rūt iuxta apl'os. Poteſt aūt eſſe ꝙ alias
viderint celū apertum ⁊ angelos xp̄o ob
ſequētes: ⁊ tn̄ non ſit ſcriptum.

In die ſancti Andree.

I Ambulās Jeſus iuxta ma-
re galilee vidit duos fra-
tres Simonem q̄ vocatur
Petrꝰ: ⁊ Andreā frēm eiꝰ
mittētes rete i mare. Erāt
enī piſcatores. Et ait illis.
Uenite poſt me faciam vos fieri piſcato
res hoim. At illi ꝯtinuo relictis retibꝰ ſe
cuti ſunt eū ⁊c.) Mat. iiij. Pn̄tis euāgelij
expoſitio tota patet de dictis dominica
iij. poſt feſtū trinitatis.

Sancti thome apoſtoli.

Thomas vnus ex duodecim K
qui dicitur didymus ⁊c. Joā
nis. xxij. Huius euangelij ex-
poſitio habetur dominica in
octa. paſche.

Sācti Stephani prothomartyris.

Ecce ego mitto ad vos ꝓphe-
tas ⁊ ſapiētes ⁊ ſcribas. Mat.
xxiij. Ante verba pn̄tis euā
gelij xp̄s multipl'r ſcribas et
phariſeos reprehenderat: et
inter cetera: qꝛ ipſi dicebāt ꝙ ſi fuiſſent
tp̄e patrū ſuorū xp̄i nō occidiſſent ꝓphe
tas: xp̄s dixit eis ꝙ etiam ipſi implerēt
menſurā ſuaꝫ. i. ꝙ facerent ſicut patres
eorum: ⁊ deinde ſubiunxit q̄ habetur in
euangelio. (Et ex illis occidetis ⁊ crucifi
getis: ⁊ ex eis flagellabitis in ſynagogis
veſtris. ⁊ ꝑſeq̄mini de ciuitate in ciuita-
tē.) Pro quo notādū eſt ꝙ multi diſcipu L
lorū xp̄i ⁊ forte oēs fuerunt prophete: vt
pꝫ de Joāne in Apoc. ⁊ de Agabo Act.
xj. Multi ſapientes q̄. ſ. habuerint ꝑ di-
uinam inſpirationem magnā notitiam
diuinorū: vt Paulus. Multi ſcribe. i. do
cti circa textuꝫ ſcripture. vt Nathanael:
Mathias. Nicodemus: Gamaliel: ⁊ ſimi
les (vt veniat ſuꝑ vos omnis ſanguis iu
ſtus: qui effuſus eſt ſuꝑ terrā.) ¶ Eſt aūt
notandū ꝙ pctā priuatim ꝯmiſſa deus
tēporali pena punit vſq̄ʒ in tertiam et
quartā gn̄ationeꝫ. Sꝫ pctā cōia. i. in qui
bus cōicat ppl's totus vel maior aut pn̄
cipalior pars eius ſm̄ aliq̄s punit etiam
vltra quartam gn̄ationem: quia cū vnꝰ
ſit ppl's a principio vſq̄ʒ ad finē ſemꝑ pu
nitur ille populꝰ qui peccauit ſicut ma-
humetiſte: tādem diſtruent ad quā de-
ſtructionē cooꝑabunt etiā pctā facta tē
pore mahumeti. Unde. j. Reg. xv. domi-
nus ſauli per Samuelem in hec verba M
mādauit. Recenſui q̄cunq̄ʒ fecit Ama-
leth iſraeli: quō reſtitit ei in via cū aſcē-
deret de egypto. Nūc igitur vade ꝑcute A-
malech. ⁊ demolire vniuerſa eiꝰ. Poſſet tn̄
etiā dici ꝙ oīs ſanguis de quo dꝛ venit



ſuꝑ iudeos nō qui erāt tp̄e xp̄i aut futu
ri erāt ſed q̄ erant vel fuerāt: vel futuri
erāt (a ſanguine abel iuſti: vſq̄ʒ ad ſan-
A guinē zacharie filij barachie: quē occidi
ſtis inter tēplū et altare.) Cū aūt ſit du-
plex altare. ſ. vnū infra domū interiorē
templi: ⁊ vnū extra i atrio: iſte perijt in-
ter hoc ſm̄ altare ⁊ templū. i. edem inte-
riorē. Queritur aūt q̄s fuerit iſte zacha-
rias. Dicit aūt Ori. ꝙ q̄dā traditio vſq̄ʒ
ad tp̄a ſua ꝑuenit: ꝙ cum in hieruſalem
eſſet in tēplo locus v̄ginibꝰ deputatꝰ et
btā v̄go poſt partū filij vellet in illo lo-
co eſſe: v̄gines illā repellebāt. Sed za-
charias pr̄ ioānis baptiſte certamē aſ-
ſumpſit ꝓ mr̄e xp̄i dicēs eā loco illo di-
gnā: eo ꝙ v̄go eſſet. Un̄ occiſus ē Hiero.
Hoc tn̄ qꝛ de ſcripturis nō hꝫ autorita-
tem eadē facilitate cōtemnit: qua ꝓbat.
Hec ille. Jō tenet Hiero. cū alijs multis
ꝙ iſte fuit zacharias occiſus a ioas rege
in atrio tēpli: vt hr̄. ij. Paral. xxiiij. eo ꝙ
regē ⁊ ppl'm de idololatria increparet:
ſed ꝯtra qꝛ ille zacharias nō fuit filiꝰ ba
rachie: ſed Joiade. ad hoc dꝛ dupl'r. Pri
B mo ſm̄ Hie. ꝙ barachias interp̄tat̄ bn̄di
ctus dn̄i. Joiadā ergo dn̄s appellauit ba
rachiā ad ſignificandum eius ſctitateꝫ.
Un̄ in euāgelio quo vtunt̄ nazareni pro
barachia. vt ait dꝛ Joiade. Alio mō dꝛ
ſm̄ aliq̄s ꝙ ioiadas fuit binomiꝰ: ita ꝙ
⁊ ioiada ⁊ barachias dicebat̄. Sed q̄re
dn̄s dicit a ſanguine Abel iuſti q̄ fuit pri
mus iniuſte occiſus vſq̄ʒ ad ſanguinē za
charie: cū ipē nō fuerit vltimꝰ iniuſte oc
ciſus. Ad hoc dicit Remig. ꝙ ꝑ hos duos
ſignificant̄ oēs martyres laicalis ⁊ ſa-
cerdotalis ordinis: qꝛ vnꝰ fuit occiſus in
cāpo paſtor ouiū. ſ. abel. Aliꝰ in tēplo ſa
cerdos. ſ. zacharias. Uel aliter poſſet di-
ci: qꝛ ipſe zacharias tunc erat vltimꝰ oc
ciſus a iudeis de quo legat̄ in ſcriptu-
ra: Nec obſtat de Joāne: qꝛ ipſe fuit occi
ſus ab herode (Amē dico vobis: veniēt
hec oīa ſuꝑ gn̄ationeꝫ iſtā) Sed ꝯ. qꝛ iſta
gn̄atio. ſ. iudeoꝝ nō occidit oēs ꝓphas.
Dico ſm̄ s. Tho. qꝛ iſta gn̄atio dꝛ gn̄a-
tio malorū: qꝛ oēs mali ſumūtur ꝓ vna
C gn̄atiōe: ſicut dꝛ etiā gn̄atio rectorū. Uel
pōt dici ꝙ loq̄tur ꝑ exaggerationē vt di
cant iſti occidiſſe oēs iuſtos ⁊ ꝓphetas:
qꝛ maiorem partē occiſorū occiderāt. Et
lꝫ iudei a principio mūdi nō fuerint iu-
dei: ſed poſt tēpora Jacob ⁊ Jude fue- D
runt tamē hebrei vel ſaltē populus. Un
de Greg. dicit ꝙ hebraicus populus ho
ra prima ad vineā ꝯductus eſt (hieruſa-
lem hierl'm q̄ occidis prophetas ⁊ lapi-
das eos q̄ ad te miſſi ſunt quoties volui
cōgregare filios tuos quēadmodū galli
na cōgregat pullos ſuos ſub alas: ⁊ no-
luiſti. Et relinq̄tur vobis domus veſtra)
id eſt tēplum (deſerta) hoc aūt nō eſt ſic
intelligēdum q̄ſi ipſi ſuꝑ futuri eſſent in
hieruſalē: ⁊ tēplum eſſet deſolatū: ſed ſi
gnificauit xp̄s ꝙ tēplū deſtrueret̄ ⁊ di-
ſpergerent̄ ſacerdotes. Et nō reedifica-
bitur illud tēplū ampliꝰ qꝛ vt dixit Da-
niel vſq̄ʒ i finē ꝑſeuerabit deſolatio (Di
co enī vobis: nō me videbitis amodo)
i. a tp̄e paſſionis q̄ inſtabat (donec dica-
tis) in fine mūdi inſtāte iudicio (bn̄dictꝰ
q̄ venit in nomine dn̄i) Tūc enī iudei cō
uertentur ad xp̄m: ⁊ poſtea videbunt eū
in iudicio ⁊ benedicent.

Sancti Joannis euangeliſte.

Dixit Jeſus petro Seq̄re me E
Jo. vl. Eſt aūt ſciēdum ꝙ ea
q̄ in pn̄ti euang. ſcribunt̄ di-
cta fuerūt a xp̄o poſt reſurre-
ctionē qn̄ apparuit diſcipl'is
ad mare tyberiadis. Tūc enī xp̄s p̄dixit
Petro ꝙ ſequeret̄ eum in vniuerſali re-
gimine eccleſie: ⁊ qd̄ erat moriturus in
cruce. Et hoc dixerat ei obſcure ſub his
verbis. Cum ſenueris extendes manus
tuas ⁊ alius te cinget. i. ligabit in cruce:
⁊ eādem ſnīam poſtea expreſſe dicens ſe
q̄re me). i. ſequeris ꝑ mortē crucis: vt ex
ponit Aug. ⁊ etiā ꝑ officiū paſtorale. Sꝫ
petrus fuit ſollicitꝰ ſcire quō Joannes
deberet mori: ⁊ de hoc īterrogauit. vnde
ſubdit (Cōuerſus petrꝰ vidit illū diſcipu
lum quē diligebat Jeſus ſequētem: q̄ et
recubuit in cena ſuꝑ pectus eius ⁊ dixit.
Dn̄e q̄s eſt q̄ tradet te. Hūc ergo cū vidiſ
ſet petrꝰ dixit Jeſu. Dn̄e. hic aūt qd). i.
ſm̄ Theo. nunq̄d moriet̄ vel nō? Aduer F
tēdū aūt ꝙ hic Joānes dꝛ diſcipulꝰ dile
ctus a dn̄o: qd̄ qualr̄ ſit itelligēdū. ſ. tho.
j. q. xx. declarat. Cōuenit enī de hoc eſſe
dubitatio: qꝛ aū verba pn̄tis euangelij

innuitur ꝙ Petrus plus xp̃m amaret ꝗ̃
Joannes: et ↄ̃ṽr econuerſo videt̃ ꝙ xp̃s
plꝰ Petrũ ꝗ̃ Joannẽ dilexit: q̃ꝛ ego dili-
gẽtes me diligo. Prouerb. viij. Hec ĩdq̃
G dubitatio multiplr̃ ſoluit̃. Augu. eñ re-
fert hoc ad myſteriũ dicẽs: ꝙ vita acti-
ua q̃ ſignificat̃ ꝑ petrũ plus diligit deũ
ꝗ̃ vita ↄtẽplatiua q̃ ſignificatur ꝑ Joã-
nem: quia magis ſentit vite p̃ñtis angu-
ſtias ꝛ eſtuãtiꝰ ab eis liberari deſyderat
et ad euꝫ ire. Cõtẽplatiuã ṽo vitã deus
plꝰ diligit: q̃ꝛ magis eã cõſeruat. Nõ eñ
finit̃ ſimul cũ vita corꝑis ſicut vita acti-
ua. Quidã ṽo dicũt ꝙ petrus plꝰ dilexit
xp̃m in mẽbris ꝛ ſicetiã plus a xp̃o fuit
dilectꝰ vñ ei eccl̃iam ↄmẽdauit. Joãnes
ṽo plus dilexit xp̃m in ſeipſo: ꝛ ſic etiaꝫ
plus ab eo fuit dilectꝰ: vñ ei ↄmendauit
m̃rem. Alij ṽo dicũt ꝙ incertũ eſt q̃s ho-
rum plus xp̃m dilexerit amore charita-
tis: ꝛ ſil̃r quẽ deus plꝰ dilexerit in ordie
ad maiorẽ gl̃iam: ſed petrꝰ d̃r plꝰ dile-
xiſſe xp̃m ad quãdã ꝓ̃ptitudinẽ vl̃ fer
uorẽ. Joãnes ṽo plꝰ fuit dilectꝰ quantũ
ad q̃dam familiaritatis indicia: q̃ xp̃s ei
magis demonſtrabat ꝓpter eiꝰ iuuẽtu-
H tem ꝛ puritatẽ. Alij ṽo dicũt ꝙ xp̃s plꝰ
dilexit petrũ quãtũ ad excellentius do-
num charitatis. Joannẽ ṽo plꝰ quantũ
ad donũ intellectꝰ. vñ ſil̃r petrꝰ fuit me-
lior ꝛ magis dilectꝰ; ſꝫ ioãnes ſm̃ quid.
Preſumptuoſum tñ videt̃ dijudicare d̃:
q̃ꝛ vt d̃r ꝓuer. xvj. Spirituũ põderator
eſt dñs. Hec ille. Eſt aũt ſciendũ ꝙ idem
ſ. Tho. ſuꝑ Joã. videt̃ ſtare in illa rñſio-
ne de ꝓ̃ptitudine ꝛ familiaritate. For-
te tñ dici poſſet ꝙ cũ dñs dicit Petro di-
ligis me plus his: non voluit innuere ꝙ
eũ plꝰ ceteris diligeret: ſꝫ ꝙ is cui oīuꝫ
cura erat cõmittẽda plꝰ alijs debet dili-
gere. Cũ hoc aũt ſtat Joannẽ eque ꝛ plꝰ
dilexiſſe xp̃m ꝗ̃ petrꝰ: ꝛ tñ oīum curaꝫ
nõ accepiſſe: q̃ꝛ vt dicit. s. Thom. in q̃dl.
iiij. q. viij. Joãnes erat maxime idoneus
vt eſſet vicarius xp̃i: ꝛ tñ nõ fuit: ne cuꝫ
eſſet xp̃i conſanguineus daret̃ poſteris
I prelatis exẽplum dãdi bñficia ↄſangui-
neis. Et ſm̃ hoc dicẽdum eſſet ꝙ ſimpl̃r
plꝰ fuit dilectꝰ a xp̃o qui ſimpl̃r fuit me-
lior q̃d incertũ eſt: ſed tñ xp̃s Joãni ſe fa-
miliariorẽ exhibuit: ex q̃ tamẽ nõ ſequit̃
eum ſimpl̃r fuiſſe dilectiorẽ vel meliorẽ.
(Dicit ei Jeſus. Sic eum volo manere
donec veniã. Quid ad te? Tu me ſeq̃re. K
Exijt ergo ſermo ille inter fratres: q̃ꝛ di-
ſcipulus ille nõ morit̃.) Eſt aũt ſciendũ
ꝙ in iſtis ṽbis intellexerũt ap̃li ꝙ Joã-
nes nõ eſſet moriturꝰ. Vñ exijt ſmo iſte
inter fratres ꝛc. Q̃d nõ intelligo q̃ſi cre-
derẽt ꝙ nunq̃ moreret̃: ſed ꝙ nõ more-
ret̃ vſq̃ ad diem q̃ ad iudiciũ veniet xp̃s.
Statutũ eſt hoībus ſemel mori ad Heb.
ix. Unde ꝛ quidẽ poſt ap̃los eundẽ cõce-
perunt ſenſum in iſtis ṽbis. ſ. ꝙ vſq̃ ad
iudiciuꝫ diſcipulus iſte nõ morit̃: ſed ꝙ
tunc ab antixp̃o eſſet necãdus. Et hoꝝ
quidã dixerũt ꝙ viuit cũ Enoch. ꝛ He-
lia in paradiſo terreſtri. Quidã ṽo ꝙ vi-
uit adhuc in ſepulcro: i q̃d intraſſe legit̃
et nõ legit̃ exiuiſſe: ꝛ hinc ſicut dicit Au-
gu. ſum̃ ũt argumẽtũ: q̃ꝛ vt ſꝑ fama ſpar
ſit apud Epheſum ex ſepucro eiꝰ terra
ſenſim ſcaturire ꝛ ebullire cernit̃: q̃ſi cõ
mota ꝛ emiſſa ꝑ expirationẽ dormiẽtis
in eo. Sed oẽs iſtas opiniones videt̃ ip̃e
Joannes voluiſſe deſtruere cũ ſubiũxit
(Et nõ dixit Jeſus nõ moritur: ſed ſic eũ L
volo manere donec veniam quid ad te)
Dicit aũt. s. Tho. ꝙ textus grecꝰ habet.
Sed ſi ſic eum volo ꝛc. Eſt tñ idẽ ſenſus.
Tenẽtes aũt predictã opinionẽ: ad hoc
dicũt: ꝙ licet xp̃s nõ dixerit iſta ṽba. ſ.
nõ morit̃: dixit tñ iſtã ſñiam ab alijs ver
bis. ſ. ſic eum volo manere. Unde Joan-
nes negauit quidẽ xp̃m illa ṽba dixiſſe:
ſed non negauit quin vera eſſet illa ſñia
Cõtra has ṽo opiniones arguit Augu.
Nã oībus ap̃lis optabile erat diſſolui ꝛ
eſſe cuꝫ xp̃o ſicut̃ ꝛ Paulo: ꝛ hoc erat eis
magnũ bonum. ſ. depoſita ſarcina car-
nis: ad beatam vitam euolare. Nõ ergo
tãto bono priuauit diſcipulum pre alijs
dilectũ. Aduertẽdũ eſt autẽ ꝙ iſta ſñia
Augu. eſt vera. ſua rõ etiã ꝓbat ꝙ Joã-
nes nõ dormiat in ſepulcro: priuatꝰ dul
cedine cõtẽplatiõis: ꝛ priuatꝰ augmẽto
meritoꝝ ſuoꝝ: cũ dormiẽs mereri neq̃at M
nõ autem ꝓbat quin viuat cum helia et
enoch. Sic eñ opꝫ dicere ꝙ etiaꝫ helias
fuerit minus dilectꝰ omnibus alijs pro-
phetis qui nunc ſunt in patria: quod nõ
eſt verum: quia licet tardetur premium
tamen



tamen eum adhuc ſit viator creſcit i me-
rito. Unde fiet recõpenſatio huius retar
dationis: quia ad maiorẽ quãdoq̃ voca
A bitur gl̃iam ꝗ̃ ſi ante obijſſet. Aug. autẽ
ꝓprie nõ arguit ↄtra hoc: q̃ꝛ iſti dictum
ſuũ non ꝓbant niſi ꝑ textũ euãgelij queꝫ
ſoluit ip̃e Aug. ꝛ alij. Arguit aũt ↄtra di-
centes ꝙ in ſepulcro dormit. Et ad mo-
tiuum de terra ebulliẽte dicit ꝙ diuinitꝰ
fit: vt oſtẽdatur mors huius euãgeliſte
pretioſa: ꝛ ſi non fuerit violenter illata.
Uel fit vt dicit alia quacunq̃ de cã. Te-
xtus ergo euãgelij ſic exponũtur. Primo
myſtice ſm̃ Augu. de vita contemplatiua
quaꝫ chriſtus vult manere donec veniat
ad vocãdũ per mortẽ: ꝛ tũc etiã nõ finit̃:
ſed ꝑficitur. Actiua ṽo i morte finit̃: ideo
dixit (tu) o Petre q̃ vitã actiuã ſignificas
(me ſequere) perferẽdo huius vite dolo-
res: ꝛ erumnas vſq̃ ad mortẽ. Scd̃o ſm̃
Chry. Sic euꝫ volo manere in iudea do-
nec veniã ad diſperdendũ iudeos ꝑ Ti-
tum ꝛ Ueſpa. Nõ enim vt ait ante diſceſ
ſit de iudea ꝗ̃ ille veniret ad iudeaꝫ ſm̃
B chronicas. (Quid ad te) qui de his ordi-
nare non habes (tu me ſequere) faciendo
quod moneo. Nam ſm̃ eundẽ Chry. Pe
trus vt hic colligitur: ꝛ in actibus apo-
ſtolorum valde amabat Joannẽ: et ideo
cum ſe audiuit vocari ad prelationeꝫ or
bis ſollicitus de Joanne quẽ voluit ha-
bere ſocium queſiuit de eo: ſed xp̃s noluit
eos eſſe cõiunctos propter maius eccleſie
bonum. vnde ſm̃ Chry. Petrus nõ inter-
rogauit de morte ioãnis: ſed de prelatio-
ne. Sicut autem dicit. ſ. Tho. ſuꝑ Jo. ip̃e
Joannes prediligebatur a chriſto ꝓpter
quatuor. ſ. ſapiẽtiã: feruorem: puritatẽ:
et teneram etatem. Et vt idem dicit q̃dl.
iiij. fuit maxie idoneus vt eſſet chriſti vi-
carius: ſed noluit chriſtus: quia erat ſuꝰ
conſanguineus ne futuris prelatis daret̃
occaſio mali vt dictum eſt. Tertio ſcd̃m
Hiero. ꝛ s. Tho. Sic eum volo manere ſi
ne martyrio donec veniam in die mortis
C vocare eum. tu me ſequere ꝑ mortẽ cru-
cis. Unde tenet. s. Tho. ꝙ vere mortuus
eſt ꝛ reſurrexit: ꝛ eſt i celo in corꝑe ꝛ ani
ma: cuius ſignuꝫ hinc accepit: q̃ꝛ corpus
eius inueniri nequit in terra.

¶ Sanctorum innocentium.

ANgelus domini apparuit in
ſomnis ioſeph dicẽs Mat. ij.
Ea q̃ i p̃ñti euãgelio narrãt̃
nõ cõtigerũt ſtatim poſt diſ- D
ceſſum magoꝝ a xp̃o vt dicit
mag. hi. Quis hoc videat̃ Mat. dicere: ſꝫ
poſt p̃ñtationẽ xp̃i in tẽplo: vt pꝫ ex Lu-
ca. Nã herodes vidẽs magos ad ſe non
fuiſſe reuerſos: credidit eos fallaci ſtella
deceptos erubuiſſe regredi: ſed vbi au-
diuit q̃ dicta erãt de puero ieſu a paſto-
ribus ꝛ ſimeone ꝛ Anna: credidit ſe delu
ſum a magis. Et tũc cogitauit de morte
pueroꝝ. Et ioſeph monitus eſt vt fuge-
ret in egyptũ. Ubi aũt ei angelus ap̃pue
rit incertũ eſt: lꝫ q̃dã dicant ꝙ apparuit
ei in via q̃ñ regrediebat̃ a p̃ñtatiõe pue-
ri in tẽplo quidã ṽo ꝙ in Nazareth vbi
poſt p̃ñtationẽ fuit vere ꝑ duos ãnos: vel
vnũ ãñ ꝗ̃ herodes pueꝝ inſeq̃ret̃. Nõ eñ
eſt ṽo ſil̃e ꝙ angelus fecerit eũ fugere ꝑ
duos annos ãñ ꝑſecutionẽ. Et ſicut dicit
mag. hiſt. tradit̃ ꝙ dño intrãte egyptum
egypti idola corruerũt. (Surge ꝛ accipe
pueꝝ ꝛ m̃rem eiꝰ: ꝛ fuge in egyptũ ꝛ eſto
ibi vſq̃ dũ dicã tibi. Futurũ eſt eñ vt he- E
rodes q̃rat pueꝝ ad perdẽdũ eũ. Qui cõ-
ſurgẽs accepit pueꝝ ꝛ matrẽ eiꝰ nocte: ꝛ
ſeceſſit in egyptũ. Et erat ibi vſq̃ ad obi
tum herodis vt adimpleret̃ q̃d dc̃m ẽſt a
dño ꝑ ꝓphetã dicẽtẽ. Ex egypto vocaui
filiũ meũ) hoc ſcriptũ eſt Oſee. xj. ꝛ ad li-
terã exponit̃ d̃ ꝑp̃lo iſrl̃: q̃ fuit dei filius
ꝑ adoptionẽ: ꝛ ẽt d̃ filio dei naturali. Eſt
aũt ſciẽdũ ꝙ tripl̃r declarat̃ herodis cru
delitas i morte innocẽtiũ. Primo ex mul
titudine q̃ꝛ ꝓpter vnum occidit multos.
Scd̃o ex loco q̃ꝛ nõ ſolũ in bethleẽ: ſꝫ i oī-
bꝰ finibꝰ eiꝰ occidit pueros. Tertio ex tẽ
pore: q̃ꝛ a bimatu ꝛ infra. Bimatꝰ eſt ſpa
tium duorũ annoruꝫ. Unde habẽs duos
annos dicitur bimus. Infra vero aliq̃ñ
importat ordinẽ tẽporis: ꝛ ſic infra bima
tum ſunt q̃cunq̃ adhuc duos annos nõ
hñt ↄpletos. Et iſto mõ cõiter ſcti ſumũt
infra dicẽtes ꝙ occidit oẽs pueros q̃ erãt F
vniꝰ diei vel mẽſis vel anni vel duoꝝ an
norũ: nõ aũt occidit aliquẽ q̃ duos ãnos
tranſiuiſſet. Aliq̃ñ ṽo dicit ordinẽ nume
ri: ꝛ ſic infra bimatũ ſunt oẽs hñtes plꝰ
ꝗ̃ duos ãnos. Nõ eri eñ maiores poſſe

rīꝰ numerāṫ. ⁊ ſic ſumit Chryſ. q̄ dicit ꝙ fuerūt occiſi oēs q̄ erāt duoꝝ annoꝝ vel ſupra vſq; ad q̄nq; annos: ſm tp̄s exq̄ſitū a magis. Et ſicut dicit mag. hiſt. huic
G attеſtaṫ ꝙ q̄dā oſſa innocētiū a deo ſūt grādia vt nō poſſunt eſſe pueri bimi niſi dicaṫ vt idē dicit ꝙ lōge maiores tūc q̄ȝ mō hoīes erāt. Qñ aūt occiſi ſūt iſti xp̄s erat vniꝰ anni ⁊ triū dierū: ſm aliquos ſo erat duorū annorū: lȝ hoc nō ſit ꝓbabile: ſed primū. Nō eñ ſtatim herodes deſeuit in pueros. Primo: q2 nō erat ſtatꝰ regni quietꝰ ⁊ fuit citatꝰ romā ad inſtātiā filioꝝ. Scḋo: ſȝ alios q2 cogitauit ꝙ pueꝝ occultaſſent parētes: idq; diſſimulauit ꝑ tp̄s vt eos redderet ſecuros ⁊ incautos dep̄henderet. Sed quare occidit ſupra ⁊ īfra etatē quā credebat hr̄e xp̄m. Dr̄ ꝙ hoc fecit: ne puer euaderet: maxime q2 timebat ſm Rabanū ne maiorez autē minorē etatē p̄tēderet ille puer cui ſydera famulabātur. Uñ ſm opinionez cōem ſctōꝝ: cū crederet xp̄m eē vniꝰ an-
H ni: occidit ſupra vſq; ad ſm annū: ⁊ īfra vſq; ad infantē vniꝰ diei. Scḋm ſo opinionē Chry. occidit a duobꝰ annis vſq; ad. v. tūc credebat xp̄m hr̄e plus q̄ȝ vnū ānū eo ꝙ ſtella añ natiuitatē xp̄i magis apparuerat: ⁊ tūc ip̄e credidit xp̄z natū [Tūc herodes vidēs q̄m illuſꝰ eēt a magis iratꝰ ē valde. Et mittēs occidit oēs pueros q̄ erāt ī bethleē ⁊ in oībꝰ finibus eiꝰ: a bimatu ⁊ īfra ſm tp̄s qḋ exq̄ſierat a magis. Tunc adipletū ē qḋ dictū eſt ꝑ Hieremiā ꝓph̄am dicentē]. ſ. Hie. xxxj. [Uox in rama audita ē]. i. in excelſis: eo ꝙ fuerit vox magni clamoris ſm Hier. Uñ cū rama aliq̄ñ ſit nomē loci nō ſic ſumiṫ h̄ ſȝ vt ē nomē cōe [ploratꝰ] quo ad pueros [⁊ vlulatꝰ] q̄ ad mr̄es. Sciēdū eſt aūt ꝙ bethleē eſt ſita in tribu Jude: q̄ fuit filiꝰ nō Rachel ſed Lie vt ptȝ Gen̄. xxix. Rachel tñ fuit ſepulta ꝓpe bethleē vt ptȝ Gen̄. xxv. Pueri ergo dicunṫ filie Lie rōne originis: Rachel vero rōne ſepulture. Ad ſignificandū aūt vbi fuerit
I iſta vox audita: ſubdiṫ [Rachel plorās] ſupple eſt vel fuit [filios ſuos]. ſ. occiſos ab herode [⁊ noluit cōſolari q2 nō ſunt] ſcȝ viuentes. Utrum vero iſti innocentes fuerint martyres. Dic ꝙ ſic: ⁊ vide ſctm̄ Tho. quodli. vj. ⁊. ij. q. cxxiiij.

Sancti felicis confeſſoris.

QUi vos audit me audit. Lu. x. Et q̄ vos ſpernit me ſpernit. Qui autem me ſpernit: ſpernit eū qui me miſit. Reuerſi ſunt autem ſeptuaginta cū gaudio dicentes. Dñe etiam demonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo. Eſt autem ſciēdū ꝙ ſathanas dupliciter cecidit. Primo cecidit de celo ꝑ peccatum: ⁊ hoc ſicut fulgur. i. celeriter: quia quaſi in inſtāti ⁊ potēter: q2 videntibus angelis bonis ⁊ cum fetore ꝓprij peccati ⁊ cum flāma tentationis qua homines incendit. Alio modo cecidit a ptāte ⁊ dñio qḋ ſup homines ante xp̄i incarnationē exercebat. Chriſtus enim illū deiecit. Sic ergo ſm ſanctos illa ſba (Uidebam ſathanam ſicut fulgur de celo cadentē) dupliciter exponuntur. Primo de caſu primo modo. Quia eñ vt dicit Cyryllus ⁊ Gre. apoſtoli inaniter eleuabātur: eo ꝙ eis demones ſubijcerenṫ: ideo dñs illum ſuꝑbie motum cōprimere voluit: inducēs exemplū de ruina diaboli: que ei ꝓpter ſuꝑbiā euenit. Alio modo exponūtur de caſu ſcḋo mō: quē caſum xp̄s vidit a pricipio ſue natiuitatis: imo ab eterno futurū eſſe: ideo ſubditur [Et ecce dedi vobis ptātē calcādi ſupra ſerpentes: ⁊ ſupra ſcorpiones: ⁊ ſupra oēm virtutē inimici: ⁊ nihil vobis nocebit. verūtamē in hoc nolite gaudere: q2 ſpūs vobis ſubijciunṫ]. ſ. q̄ſi in hoc ſit vr̄m gaudiū et p̄miū p̄ncipale laboꝝ vr̄oꝝ: vobis eñ ſunt pata multo clariora. [Gaudete aūt ꝙ noīa veſtra ſcripta ſunt in celis.]

In cōuerſione ſanci pauli apoſtoli.

ECce nos relinquimus omnia et ſecuti ſumus te] Mat. xix. [Quid ergo erit nobis]. Ad intellectum huius euangelij oportet ſcire qui ſunt illi qui cum chriſto iudicabunt ⁊ quomodo iudicabunt. Quantum ad primum. s. Tho. di. xlvij. ar. ij. dicit ꝙ illi erunt viri ꝑfecti ſequentes voluntariam paupertatē: vt in hoc euangelio dicitur. Primo vt dicit ratione cōgruitatis. Nam qui relictis oībus adheſerūt chriſto nō videtur habere quo a iuſtitia flectātur. Scḋo ratione meritis. Humilitati eñ debeṫ exaltatio. Inter omnia aūt q̄ deſpectū faciūt ī hac vita eſt pauꝑtas. Tertio rōne diſpōnis:

K (right margin, at line "x. Et q̄ vos ſpernit")
L (right margin, at line "luit: inducēs exemplū")
M (right margin, at line "cabunt. Quantum ad primum")



A q2 cōtēptus diuitiarū eſt prima diſpoſitio ad ptātem iudicādi. i. ad habendum cor edoctū taliter omni diuina veritate: vt etiā alijs poſſit eam manifeſtare. Q2 eniȝ diuitie vltimo acquirunṫ: primo relinquūtur in ꝓgreſſu ad ꝑfectionē. Quātum ad ſcḋm ſciēdum eſt vt dicit idē ibidē ꝙ aliq̄d iudicat multipl'r. Primo cauſaliter: vt illud vnde aliquis apparet iudicādus. Sic ex comparatione Niniuite iudicabūt. Scḋo mō interp̄tatiue cōſentiēdo iudici. Sic oēs ſcti iudicabūt. Tertio ꝑ ſilitudinē ad iudicē. ſ. ſedēdo in excelſo loco. Et ſic ſm aliquos ꝑfecti viri iudicabūt in iudicio: q2 eleuabunṫ in aere obuiā xp̄o. Sed tñ hoc nō ſufficit implere ꝓmiſſionē xp̄i: q2 nō dixit ſolum ſedebitis: ſed aliq̄d vr̄ ſuꝑaddere dicēs: iudicātes. Ideo. Quarto vt dicit aliq̄s iudicat ferēdo ſniam in alteꝝ. Et hoc dupl'r. Uno mō ꝓpria autoritate: vt deus. Alio mō ꝓnūtiādo ſniaȝ datā: ⁊ ſic iudicabūt
B ſancti alios ducētes in notitiā diuīe ſnie vt ſciant q̄d eis debeaṫ. Hoc aūt facient admittēdo inferiores ad inſpectionē ſenſuum ſuoꝝ in his q̄ ad iudiciū ſpectant. (Jeſus aūt dixit illis. amen dico vobis ꝙ vos q̄ ſecuti eſtis me: in regeneratiōe cū ſederit filius hoīs in ſede maieſtatis ſue) id eſt in reſurrectione mortuoꝝ: ſm hiero (ſedebitis ⁊ vos ſuꝑ ſedes. xij. iudicantes. xij. tribus iſrael) Sicut dicit Aug. xx. de ciui. dei nō eſt credēdū ꝙ ſolū. xij. cuȝ xp̄o iudicabūt ſed ꝑ. xij. ſignificaṫ vniuerſitas iudicātiū. [Et omnis qui reliquerit domū aut fratres: aut ſorores: aut pr̄em aut mr̄eȝ: aut filios: aut agros ꝓpter nomen meū cētuplū accipiet: ⁊ vitā eternā poſſidebit]. Scḋm Hier. occaſione huius ſnīe q̄dam dicūt ꝙ poſt reſurrectionem mille annis hoīes viuent in hoc ſeculo: ⁊ tunc oīa relicta reſtituētur in centuplū: et poſtea vita eterna. Et ſubiungit ꝙ ſi
C in ceteris digna ſit ꝓmiſſio: in vxoribus tñ apparet turpitudo: vt qui vnam pro domino dimiſerit: centum accipiat in futuro. Senſus igitur iſte eſt. Qui carnalia pro ſaluatore dimiſerit ſpiritualia recipiet que comparatione ⁊ merito ſui q̄ſi parua numero centenario comparātur. Hec ille.

In purificatio. s. marie virgīs.

POſtq̄ȝ impleti ſūt dies purgationis (Marie ſȝ legē Moyſi) Lu. ij. Eſt autem ſciendum ꝙ ſm. s. Thom̄. iij. q. xxxviij. duplex erat legis p̄ceptū de ꝑle
D (right margin, at line "POſtq̄ȝ impleti ſūt dies purga")
nata. Nam ſm legem moſaicam ꝓ quolibet maſculo vel femina offerebatur ſacrificium: vt patet Leui. xij. Quod ſacrificium erat ad expiandū peccatū in quo proles erat cōcepta: ⁊ ad quandam eius conſecrationē: q2 tunc primo p̄ñtabatur in templo. Et ideo aliq̄d ī holocauſtum: et aliq̄d pro pctō offerebatur. Erat autem et aliud preceptum ſpāle de p̄mogenitis hominū et iumētoꝝ. Sibi enim dñs deputauerat omne primogenitū in iſrael: ꝓ eo ꝙ ad liberationē ppl'i iſraelitici ꝑcuſſerat p̄mogenita egypti ab hoīe vſq; ad pecus p̄mogenitis filioꝝ iſrael reſeruatis. hec. s. Thom̄. Unde vltra hoc primogenitus p̄ñtabatur dño tanq̄ȝ ei conſecratus: ⁊ redimebatur certo pretio: vt
E ptȝ. Exo. xiij. Btā aūt virgo ſub hac purgationis lege nō cadebat q2 obligabatur ſolū mulier que ſemine virili cōcipiebat: vt ptȝ numeri vbi. s. tamen hāc legē voluit ex humilitate ſuare: ⁊ ne ſcādalizaret illos q̄ neſciebāt ꝙ de ſpū ſctō cōceperat (tulerunt Jeſum in hierl'm vt ſiſterēt eum dño). i. vt offerrent tanq̄ȝ primogenitum conſecratū deo: ⁊ redimerent. Et licet ipſe non aperuerit vuluam. i. fregerit clauſtrum pudoris tamen hoc non conſtabat omnibus. Unde autē tulerint creditur ꝙ de tugurio in quo natꝰ erat. (Sicut ſcriptū eſt in lege dñi: q2 oē maſculinū adaperiēs vuluā ſctm̄ dño vocabiṫ. Et vt darent hoſtiā ſcḋm ꝙ dictū eſt in lege dñi) que non ſolum ꝓ primogenito: ſȝ pro alijs dabatur [par turturū aut duos pullos columbarum.] Hec erat oblatio
F pauꝑeꝝ: vt ptȝ Nume. vbi. s. Ergo maṫ xp̄i fuit pauper q̄ȝuis palliū eius auro et gēmis adornemus. De hoc aūt. s. Tho. vbi. s. ar. ij. ad quartum ſic dicit formal'r Leui. xij. precipitur vt qui poſſent agnū

ꝓ filio aut filia ſimul ⁊ turturē ſiue colū
bā offerrent. Qui vero non ſufficerēt ad
offerendum agnum: duos turtures aut
duos pullos columbe offerrent. Dñs er
go qui cū diues eſſet propter nos egen⁹
G factus eſt vt illius inopia diuites eſſe-
mus vt dī.ij. Corin.viij. ⁊ pro ſe paupe-
rū hoſtiā voluit offerri ſicut ⁊ in ipſa na
tiuitate pānis inuoluitur ⁊ reclinat̄ in
preſepio. Nihilominus tñ hmōi aues cō
gruunt figure. Turtur eñ q̄ eſt auis lo
quax p̄dicationē ⁊ cōfeſſionem fidei ſi-
gnificat. Quia vero eſt animal ſolitariū
ſignificat contēplationē. Columba ve-
ro eſt animal māſuetum ⁊ ſimplex man
ſuetudinem et ſimplicitatē ſignificans.
Eſt aūt aīal gregale vnde ſignificat vi-
tā actiuā. Et ideo hmōi hoſtia ſignifica
bat pfectionē xp̄i ⁊ mēbrorū ei⁹. Utrūq̄
aūt aīal ꝓpt̄ ꝯſuetudinē gemēdi pñtes
ſctōꝝ luct⁹ deſignat. Sed turtur q̄ eſt ſo
litaria ſignificat ſecretas orōnū lachry
mas: colūba ṽo q̄ eſt gregalis ſignificat
publicas orōnes eccl̄ie. Utrūq̄ aūt aīal
duplicatū offert̄: vt ſctītas ſit nō ſolū in
H aīa ſed etiā in corpore. Hec ille. (Et ecce
homo erat in hierl̄m cui nomē Symeō)
Iſte ſm aliquos fuit ſacerdos famoſus
(Et hō iſte iuſtus et timorat⁹ expectās
cōſolationē iſrael). i. xp̄m (⁊ ſpūſſanctus
erat in eo. Et rñſum acceptat a ſpūſctō:
nō viſurū ſe mortem niſi prius videret
xp̄m dñi) Rñſio nō fit ꝓprie niſi ad inter
rogantē. Interrogabat aūt iſte in oratio
nibus ſi videre mereret̄ xp̄m: cuius tp̄s
ꝓpinquū credebat. (Et venit in ſpū in
tēplū). i. venit ꝑ ſpm̄: reuelatione. ſ. habi
ta ꝙ tunc videret xp̄m. (Et cū inducerēt
puerū Jeſum parētes eius: vt facerent
ſm conſuetudinē legis ꝓ eo. ⁊ ipſe acce-
pit eum in vlnas ſuas: ⁊ bendixit deuз)
id eſt laudauit (⁊ dixit. Nūc dimittis). i.
dimittes tranſire: ſcꝫ ex hoc mundo ad
alium (ſeruum tuum dñe ſm verbū tuū)
i. ꝓmiſſionē tuā (in pace). i. in quiete ani
mi. (Quia viderunt oculi mei ſalutare
I tuū). i. xp̄m non q̄ xp̄s ſaluet deū: ſed q̄
per illū ſaluat deus. (Qd̄ paraſti) ad vi
dendū ⁊ ad publicandū per apl̄os (ante
faciē oīm ppl̄orū) fideliū ⁊ infideliū. pa-
raſti inquā illud tanq̄ (lumen ad reue-
lationē gentiū). i. quo gentes obſcure ⁊
ignorātie tenebris cōtēte reuelabunt̄. i.
veniēt ad lucē (⁊ gloriā plebis tue iſrl̄)
Magna eñ gloria eſt illi⁹ ppl̄i: ꝙ ex eo
natus eſt xp̄s. Poſt iſtā aūt p̄ſentationē
xp̄s angelo monēte fugit in egyptū ſta- K
tim ſm aliquos vel poſt annū ſm alios
vñ dicit Lucas ꝙ poſt purificationē re
greſſi ſunt in Nazareth.

## Sancti Ualentini martyris.

Nolite arbitrari q̄ venerim
pacē mittere ī terrā) Mat.x.
¶ Nota ꝙ xp̄s nō venit mit
tere pacē malā q̄ eſt ꝯcordia
in malū ⁊ cōtra deū ſed ve-
nit mittere gladiū. i. ſeparationē aīorum
bonorū a malis (Non veni pacē mittere
ſed gladium. Ueni eñ ſeparare hoīem
aduerſus patrē ſuū ⁊ filiā aduerſus ma
trē ſuā: ⁊ inimici hoīs domeſtici ei⁹. Qui
amat patrē aut mr̄ez pluſq̄ me nō ē me
dignus. Et q̄ amat filiū aut filiaз ſuper
me: nō eſt me dignus Qui inuenit aīam
ſuā pdet eaз) Uide feria.ij. poſt diē pal
marū. (Et qui non accipit crucē ſuā). i.
L mortē ſm aliquos: quā quiſq̄ tenetur
aſſumere ſm ꝑparationē animi ſi opor
teret. Uel crucem. i. pñiam ⁊ pietatē qua
alijs hoīes cōpatiunt̄ ſm Greg. in ho-
mil. Dicitur eñ vt ait crux: q̄ cruciet (⁊
ſequitur me: nō eſt me dignus. Qui in-
uenit aīam ſuā pdet illā. Et q̄ pdiderit
aīam ſuā ꝓpter me inueniet eaз. Qui re
cipit vos me recipit. Et q̄ me recipit. reci
pit eum q̄ me miſit. Qui recipit ꝓphetā
in noīe prophete). i. nō propter aliquod
tēporale ſm Chry. ſed ſolum ex hoc ꝙ ꝓ
pheta eſt (mercedem ꝓphete accipiet). ſ.
obiectiue non ſubiectiue. Duplex eñ
eſt merces noſtra. ſ. ipſa dei viſio. q̄ dici
tur merces ſubiectiue. quia ſubiectiue
eſt in noſtro intellectu: ⁊ ipſum obiectū
viſionis. i. de⁹. Primo mō mercedes va
rie ſunt ſctōrū. q̄ ſm exceſſum in chari-
tate eſt ⁊ exceſſus in p̄mio. Sed ſcdo mō
vna eſt merces oīm deus (⁊ q̄ recipit iu-
ſtuз in noīe iuſti: mercedē iuſti accipiet. M
Et quicunq̄ potum dederit vni ex mi-
nimis iſtis calicem aque frigide tantū
in noīe diſcipuli: amen dico vobis: non
perdet mercedem ſuam.



## In cathedra ſctī Petri apl̄i.

Uenit Jeſus in partes ceſa-
ree philippi) mat.xvj. Sicut
dicit Chry. duplex eſt ceſa-
rea. ſ. ſtratonis ⁊ philippi
A fratris. ſ. herodis tetrarche.
Et hec ciuitas poſtea dicta eſt paneas.
(Et interrogabat diſcipulos ſuos) non
vt aliq̄d addiſceret. ſed Primo vt ex il-
lorū rñſione nos ⁊ illos inſtrueret ꝙ nō
erat purus hō vt videbat̄ (dicēs. Quem
dicunt hoīes eſſe filiū hoīs? At illi dixe-
runt. Alij. Joānē baptiſtā. alij aūt heliā
alij vero hieremiā: aut vnū ex ꝓphtis)
Scdo etiā interrogat q̄d de ſe dicat̄: ſm
Hiero. vt diſcamus et nos eſſe ſolliciti
q̄d de nobis dicat̄: vt ſi bonū ſit: augeat̄:
ſi malū corrigat̄. Sciendū eſt aūt ꝙ erat
apud quoſdā iudeos opinio ꝙ aīe mi-
grarent de corpore in corpus. Uñ ⁊ He
rodes audita fama xp̄i: credidit eū fuiſ-
ſe quē Joānē decollauerat: vt pз Mar.
vj. Et iō turbe q̄ de xp̄o ſentiebāt ꝙ ſan
ctus eſſet: exiſtimabāt ꝙ eſſet vnus ex
B ſanctis mortuis puta helias aut hiere-
mias: ſm ꝙ in eo aliqua videbant indi
cia ſanctitatis q̄ videbant̄ preceſſiſſe in
aliquo iſtorū ⁊ ſic de alijs. (Dicit illis ie
ſus. Uos aūt quē me eſſe dicitis? Rñdēs
ſimon petrus dixit. Tu es xp̄s filius dei
viui? Rñdens aūt ieſus: dixit ei. Btūs ē
ſimō bariona). i. filius Joānis a bar: q̄d
eſt filius ⁊ Joāna (q̄ caro ⁊ ſanguis). i.
hō (nō reuelauit tibi ſed pater me⁹ q̄ eſt
in celis. Et ego dico tibi: q̄ tu es petrus
⁊ ſuꝑ hāc petrā edificabo eccl̄iaз meā.)
Hoc aūt ſз Aug. li. retractationū: dupl̄r
pōt intelligi. Uno mō: vt ipſe petrus ſit
petra in qua eccl̄ia eſt fundata. alio mō
vt xp̄s ſit ipſa petra quam petrus eſt
cōfeſſus ⁊ in qua eſt fundata eccl̄ia. (Et
porte inferi). i. pctā vel doctrine hereti-
corū. ſm Hiero. q̄bus itur ad tartarum:
vel demones ſm Origeñ. vel tormēta ⁊
blādamenta pſecutorū: ſm Raba. (non
C p̄ualebunt aduerſus eā. (Gloſ. i. nō ſe-
parabunt eam a charitate mea et fide.
Hec ille. Poſſumus etiā in his verbis
intelligere ꝙ ſtatus xp̄ianitatis ꝓpter
hoc durabit vſq̄ ad iudiciū. (Et tibi da
bo claues regni celorū. Et quodcunq̄
ligaueris ſuꝑ terrā: erit ligatum ⁊ in ce
lis. Et quodcunq̄ ſolueris ſuꝑ terram:
erit ſolutū ⁊ in celis.) Eſt aūt notanduз
ꝙ poteſtas ligandi ⁊ ſoluendi data eſt
Petro ſingulariter: vt hic ⁊ oīb⁹ apl̄is
ſimul: vt Jo.xx. vbi dī: quorū remiſeri- D
tis pctā remittunt̄ eis. ⁊ hoc ad ſignifi-
candū ꝙ a petro ad alios talis ptās de
riuat̄. Uideat aūt de materia iſtarū clauiū
q̄d ⁊ quot ſint. iiij. di. xviij.

## Sancti Mathei apl̄i.

Confiteor tibi pater dñe celi
⁊ terre. Mat.xj. Cōfiteor ti-
bi inquā. i. laudo te ſm aug.
(q̄ abſcōdiſti hec). i. fidei ſa
cramēta de aduētu ſuo ſm
Hila. (a ſapientib⁹ ⁊ prudētibus). ſ. in
oculis ſuis: vt ſunt ſuꝑbi puta ſcribe ⁊
phariſei (⁊ reuelaſti ea paruulis. Ita pa
ter q̄ ſic fuit placitū ante te. Oīa mihi
tradita ſunt a patre meo. Et nemo no-
uit filiuз). ſ. perfecte ⁊ cōprehenſiue imo
neq̄ clare ⁊ patēter niſi miraculoſe: vt
Moyſes ⁊ Paulus (niſi pater neq̄ pa-
trem quis nouit niſi filius ⁊ cui volue-
rit filius reuelare). Cum eñ tā pater q̄ E
filius ſit infinitus neuter eorū ꝯprehē-
di pōt niſi ab intellectu infinito: cuiuſ-
modi eſt diuinus ⁊ neuter pōt ab intel-
lectu creato naturaliter videri vt eſt.
(Uenite ad me oēs qui laboratis ⁊ one-
rati eſtis) ſub onere corporis ſm Augu.
vel ſub onere pcti ſm Hila. vel ſub one
re tpaliū ſm Grego. vel forte ſub onere
preceptorū cerimoniarū moſaice legis
(⁊ ego reficiā vos) hic ꝑ dulcedinē gra-
tie: ⁊ in futuro ꝑ ſuauitatē glorie (Tolli
te iugum meū ſuꝑ vos). i. legē euangeli
cā (⁊ diſcite a me q̄ mitis ſuз ⁊ humilis
corde. Et inuenietis requiē aīabus ve-
ſtris. Jugum eñ meū ſuaue eſt ⁊ onus
meum leue) poſt initiū ſm Raba. Uel le
ue eſt amanti ſm Aug. vel leue eſt cōpa
ratione veteris legis: q̄uis multi paſto
res nonnunq̄ tot ſuper inducant gra-
uamina libertati que eſt in chriſto: vt to
lerabiliora ſint auſtera legis veteris edi F
cta. His ꝑfecto ꝯuenit illud Mat.xxiij.
Alligant onera grauia ⁊c.

## In annuntiatione beate Marie virginis.

[M]Iſſus eſt angel⁹ Gabriel ⁊c.] Lu.
j. vide ſupra feria.iiij.poſt.ij.dñi=
cam aduentus.
Sanctorum Tyburtij ⁊ valeriani.
G [E]Cce ego mitto vos ſicͭ oues)
Mat.x.(in medio luporuꝫ
Eſtote ergo prudẽtes ſicͭ ſer
pẽtes:⁊ ſimplices ſicut colũ
be.Cauete aũt ab hoib⁹.Tra
dẽt.n.vos i ↄcilijs ⁊ i ſynagogis ſuis fla
gellabunt vos.Et ad p̄ſides ⁊ ad reges
ducemini ꝓpter me:in teſtimoniũ illis
⁊ gentibus.Cũ aũt tradẽt vos nolite co
gitare quõ aut q̃d loquamini.)Contra
riũ huic videẽ eſſe illud.j.Pe.iij.Parati
ſemꝑ ad ſatiſfactionẽ oi poſcenti vos
rationẽ de ea que in vobis eſt ſpe.Sol=
uitur autem:qꝛ cũ homo hꝫ tp̄s ad deli=
berãdũ q̃d loquatur:dꝫ cogitare:aliter
tentaret deũ qñ vero non hꝫ tp̄s vt pu=
ta qñ aliquis cũ furore trahiẽ ad iudiciũ
tunc non dꝫ cogitare q̃d loquatur.i.non
dꝫ de hoc anxiari.Hiero.Cum i medio
amicorũ certamẽ erit:iubemur eſſe ſolli
citi.cum autem eſt iudiciũ terribile ↄple
bes inſanientes ⁊ timor vndiqꝫ:auxi=
H liũ a xp̄o p̄betur:vt cõfidẽter louqanẽ:⁊
nõ obſtupeſcãt ille.Uñ notãter dixit ſal
uator(Dabiẽ eñ vobis in illa hora).i.in
tali neceſſitate(q̃d loquamini.Nõ eñ
vos eſtis q̃ loquimini:ſed ſp̄us p̄ris ve=
ſtri qui loquiẽ in vobis.Tradet aũt fra=
ter fratrẽ in mortẽ ⁊ pater filiũ:⁊ inſur=
gent filij in parentes:⁊ morte eos affi=
cient.Et eritis odio oibus hoibus).i.iu=
deis ⁊ gentilibus(propter nomen meũ.
Qui autem perſeuerauerit vſqꝫ in finẽ
hic ſaluus erit.)
Sancti Petri martyris.
[S]J quis vult poſt me veni=
re.)Lu.ix.(abneget ſemet=
ip̄m ⁊ tollat crucẽ ſuã)quo=
tidie(⁊ ſequaẽ me.Qui eñ
voluerit aiam ſuã ſaluã fa
cere ꝑdet illã.Nam q̃ ꝑdiderit aiam ſuã
ꝓpter me ſaluã faciet illã.Quid eñ ꝓ=
ficit homini ſi lucreẽ vniuerſum mũdũ:
I ſeip̄m aũt ꝑdat ⁊ detrimẽtũ ſui faciat.)
Patet aũt hoc euangeliũ ex dictis ⁊ al=
legatis ſupra in feſto ſancti Ualentini
Mar.excepto hoc.(Qui me erubuerit ⁊
meos ſermones).i.qui non audebit cõfi
teri fidẽ in caſu in quo tenetur id facere
(hũc filius hois erubeſcet).i.nõ reputa
bit de numero ſuorũ.Sicut dicit.s.Th. K
ij.ij.q.iij.eſt neceſſaria cõfeſſio fidei non
ſemꝑ:cum de hoc ſit p̄ceptũ affirmatiuũ
ſed ꝓ loco ⁊ tẽpore:puta qñ ex tacitur
nitate ſubtrahiẽ deo honor ⁊ ꝓximo vti
litas ſua(cũ venerit in maieſtate ſua et
patris ⁊ ſanctorum angelorum.)
Sctõꝝ Philippi ⁊ Jacobi aplõꝝ.
[N]On turbetur cor veſtrũ]Jo.
xiiij.Sciendũ eſt ꝙ in nocte
cene dñs apl'is p̄dixerat ſuã
ꝓditionẽ ⁊ negationẽ Petri
⁊ ſuũ receſſum:ꝓpter que
oia erant in magna triſticia.Jdeo ꝑ verba
p̄ntis euangelij voluit eos ↄſolari(Cre
ditis i deũ:⁊ i me credite)ex ↄñti.⁊ i hoc
innuit ſe deũ.non eñ credimus proprie
niſi in deũ.Uñ nõ recte dr.Credo in ec=
cleſiã catholicã:ſed Credo eccleſiã ca=
tholicã.ij.ij.q.ij.(Jn domo patris mei).i
celo ⁊ i ipſo deo ⁊ eccl'ia triũphãti ⁊ mi=
litãti.Nã dom⁹ alicui⁹ dr in qua habi= L
tat.Jnueniẽ aũt in ſcriptura ꝙ de⁹ ha=
bitat in celo.ſ.ꝑ ſpecialẽ oñſionẽ glorie:
⁊ in ſeipſo ⁊ in ſanctis vie ꝑ fidẽ ⁊ i ſctis
patrie ꝑ grãm ↄſummatã ſꝫ dñs de deo
⁊ celo loquiẽ dicens(Jn domo p̄ris mei
mãſiones multe ſunt)Jn celo q̃dẽ mul=
ta ſunt loca corporalia in potẽtia tñ:⁊ q̃
dã ſunt ſupiora q̃dã inferiora:⁊ ↄñr mi
nus digna.Jn deo aũt ſunt multe man
ſiones ad hunc ſenſum:ꝙ beatitudo q̃
a creatura habeẽ de deo multos hꝫ gra
dus:qꝛ nõ oẽs equaliter vident(Si quo
minus dixiſſeꝫ)ſunt due dictiões ⁊ duo
accẽtus hic:⁊ intẽdit dicere ſaluator ſꝫ
expoſitores cõiter:ꝙ ſi iſte mãſiones nõ
eſſent ibi:vel ſi q̃ ſeu in aliq̃ min⁹ eſſent
ibi q̃ȝ dixerat.ipſe hoc eis dixiſſet.Uel
põt dici ꝙ intẽdit dicere.Si in preteri=
tum non ad plenum dixiſſem vobis que
facturus ſum:nunc dico vobis(qꝛ vado
parare vobis locum)Locus aũt celeſtis
manſionis quantum in ſe eſt ſemꝑ fuit M
paratus ſm̃ diuinam:predeſtinationeꝫ
⁊ inquantum in ſe eſt nullum hꝫ defe=
ctũ:ſed quo ad nos qui nõ habebamus
ius intrandi nõ ſemꝑ fuit paratus.Xp̄s



ergo illũ impetrauit exequendo prede=
ſtinationẽ:ſeu dãdo nobis ius intrandi
in illũ ꝑ mortẽ ſuã:⁊ mittendo ſp̄m ſctm̃
Et ſi abiero ⁊ preparauero vobis locũ:
iterũ venio).i.veniã in morte.ſ.q̃ ad glo
A riam apl'i erant aſſumendi(⁊ accipiam
vos ad meip̄m.vt vbi ſuꝫ ego ⁊ vos ſitis.
Et quo ego vado ſcitis:⁊ viã ſcitis)Cõ
tra:qꝛ Tho.dicit ꝙ neutrũ horũ ſciebat
ergo vel xp̄s vel Thomas falſum dicit:
Rñdeo ꝙ vterqꝫ verũ dicit:diuerſimode
Sciebat eñ Tho.viã iſtã ⁊ terminũ:ſꝫ
neſciebat ꝙ illa via eẽt via ⁊ q̃ talis ter
min⁹ eẽt termin⁹ ſicut ſi ego viderẽ An
dreã ⁊ ñ crederẽ ꝙ eẽt andreas:negarẽ
me andreã videre ſine mẽdacio imo ẽt
forte ſine falſitate.qꝛ nõ viderẽ andreã
vt ſic.alius autẽ vere diceret me videre
andreã.i.illũ q̃ eſt andreas.Terminus
ergo hui⁹ vie erat deitas ⁊ glia eterna.
Uia vero erat humanitas ⁊ paſſio xp̄i
quã apl'i neſciebãt ꝑfecte eſſe viã.iõ ſub
diẽ(Dicit ei Thomas.Dñe neſcim⁹ quo
vadis.Et quõ poſſum⁹ viã ſcire Dicit ei
ieſus.Ego ſum via)rõne humanitatis
B [veritas]rõne deitatis viſe ſeu intelle
cte[⁊ vita]rõne deitatis amate.Uñ xp̄s
eſt via ratione humanitatis:⁊ termin⁹
ad quem nos imus rõne deitatis.Et ſi
dicas ꝙ xp̄s erat iam beatus:ideo non
accedebat ad beatitudinẽ.Dico ꝙ non
erat beatus quoad corpus ſed ſolũ quo
ad aiam.Uñ etiã ipſe xp̄s non ſolũ erat
via:ſed etiã viator ⁊ terminus.[Nemo
venit ad patrẽ niſi ꝑ me.Si cogno=
uiſſetis me:⁊ patrẽ meũ vtiqꝫ cognouiſ=
ſetis.Et amodo cognoſcetis eum ⁊ vi=
diſtis eũ.Dicit ei Philippus.Dñe oſten
de nobis patrẽ ⁊ ſufficit nobis.Dicit ei
ieſus.Tãto tp̄e vobiſcum ſum ⁊ non co
gnouiſtis me:Philippe q̃ videt me:vi=
det ⁊ patrẽ meum].i.eſſentiã ⁊ ſubſtan
tiã p̄ris ſeu q̃ eſt p̄r.Filius eñ eſt eſſen
tia q̃ eſt pater ⁊ eſſentia p̄ris:lꝫ ipſe nõ
ſit pater.⁊ in hoc voluit dicere ꝙ p̄r nõ
poterat videri niſi ſicut ⁊ filius quo ad
C deitatẽ.ſ.ꝑ intellectũ:⁊ nõ ꝑ oculũ corpo
reum.Quõ aũt vna ꝑſona diuina ſit in
alia.Dico ſm̃ theo.ꝙ hoc eſt qꝛ eſſentia
vnius eſt in alia cum eadem ſit omniuꝫ
eſſentia.Eſt tñ ⁊ alius modus huius in
exiſtentie:de quo al's.Eo ipſo aũt ꝙ fili⁹
ꝑ opa miraculoſa ꝓbabat ſe deũ ꝓba=
bat patrem in ſe eſſe vñ dr.Propter opa
ipſa credite.q̃.ſ.p̄r faciebat ꝑ filiũ.[Et
quõ tu dicis oñde nobis patrẽ.Nõ cre= D
dis qꝛ ego in p̄re ⁊ pater in me eſt:Uer
ba que loquor vobis:a meipſo non lo=
quor.Pater aũt in me manens:ipſe fa=
cit opa.Nõ creditis qꝛ ego i p̄re:⁊ p̄r in
me eſt:Alioqui ꝓpter opa ipſa credite.
Amẽ amẽ dico vobis:q̃ credit i me opa
q̃ ego facio ⁊ ipſe faciet ⁊ maiora horum
faciet]Hoc aũt tripliciter itelligiẽ.Uno
mõ q̃ꝫtum ad doctrinã.qꝛ plures cõuer
ſi ſunt ab apl'is q̃ȝ a xp̄o:⁊ predicabant
varijs linguis xp̄s aũt vnica.i.hebrea.
Scdo modo quo ad modũ aliquẽ faciẽ=
di miracula.Nam magnũ erat ꝙ xp̄s ꝓ
pria autoritate faciebat miracula ⁊ ali=
quando ſolo verbo.⁊ aliqñ ad tactũ ve=
ſtimentorũ aut fimbriarũ ⁊ quo ad hoc
maius fuit ꝙ Petrus ſanabat:ſola vm
bra corporis ⁊ veſtimentorum ſuorũ vt
pꝫ Act.v.Tertio q̃ꝫtum ad ſubſtantiaꝫ
rei facte nõ abſolute ſed cõditionaliter.
Si eñ fuiſſet opus maiora feciſſent q̃ȝ fe E
cerit xp̄s tp̄e quo predicauit quia impe=
diuiſſent ſolẽ a ſuo motu multo melius
q̃ȝ Joſue.Ratio aũt omnium eſt qꝛ xp̄s
ibat ad patrẽ ⁊ cõſequẽter miſſur⁹ erat
ſpiritũ ſanctũ:quo fortificati apl'i p̄dica
turi erant ꝑ orbem.Per iſta aũt voluit
xp̄s ꝓbare ſe eſſe deũ:ſic arguẽs.Si opa
q̃ ego ꝑſonaliter facio oſtendũt ꝙ ſum
deus:⁊ q̃ pater in me eſt:multo magis
opa maiora que faciã ꝑ alios petentes
in noie meo:⁊ i noie meo miracula faciẽ
tes hoc idẽ oſtẽdent.Uñ ſubdiẽ.[qꝛ ego
ad patrẽ vado.Et quodcunqꝫ petieritis
patrem in nomine meo[dũmodo debite
petatis [hoc faciam.]
Sancte Katherine de Senis.
[S]Jmile eſt regnum celorũ gra
no ſinapis].Mat.xiij.[Re=
gnum celoꝝ].i.doctrina euã
gelica ſm̃ Hieronꝫ.ſimile eſt F
[grano ſinapis]quod ſcd̃m
Aug.calidum eſt:⁊ venena repellit[q̃d
accipiens homo]:id eſt chriſtus[ſemina
uit in agro ſuo]:id eſt humano corde ſe
cundum Hieronym̃.(Quod minimum

ꝗdē eſt)a principio:q̄ꝛ videbaꝛ ſtultitia
credere deū crucifixum(oībꝰ ſeminibus)
ſeu inter oīa ſemina.i.ſm Hie.inter oēs
ꝑhoꝝū diſciplinas(Cū aūt creuerit maiꝰ
B eſt oībꝰ oleribus)id eſt ſectis ꝑhoꝝū.(et
fit arboꝛ ita vt volucres celi).i.aīe credē
tes(veniāt ⁊ habitēt i ramis eiꝰ)credēdo
q̄ i ea tradunꝛ.Uel ſꝫ Chry.q̄ꝛ dn̄s dixe=
rat ꝙ ſolū quinta pars ſeminis cecide=
rat in terrā bonam:⁊ ꝙ ibi ſimul exoꝛta
fuerāt zizania ne aliq̄s crederet ꝙ pau=
ci remanerent fideles hoc dn̄s excludit
ꝑ hāc parabolā in qua ſm mentē eius fi
guraꝛ ꝙ tantū deberet eccleſia creſcere
in agro huius mundi:ꝙ vulucres celi.i.
nobiliſſimi ꝑncipes habitarēt in ramis
eius.i.ſub eiꝰ obediētia.Et huic conſo=
nat ſequēs ꝑabola in q̄ ꝑ fermētū mo=
dicū ⁊ calidū figuraꝛ paucitas fidelium
tpe apl'oꝝū:q̄ cōmixti multe farine.i.tri=
bus ſatis ꝑ q̄ tres principales oꝛbis par
tes.Aſia Aphꝛica ⁊ Europa ſignificaꝛ:
totā in ſui naturā conuerterūt.i.ad fidē.
Eſt aūt ſatū genꝰ mēſure.Dicta autem
mulier eſt diuina ſapīa q̄ apl'os miſit ad
C ꝑdicādū.Dr̄ ergo(aliā ꝑabolā locutꝰ eſt
eis.Sile ē reg.celoꝝ fermēto:ꝙ acceptū
mulier abſcōdit i farine ſatꝫ tribꝰ:dōec
fermētatū eſt totū.Hec oīa locutꝰ ē ieſus
in ꝑabolis ad turbas)ꝑꝑ cās dictas fre
quēter(⁊ ſine ꝑabolis nō loq̄baꝛ eis:vt
adimpleretꝛ q̄d dictū eſt ꝑ ꝓphetā dicen
tem.Aperiā in parabolis os meum ⁊c.)

☞ In inuētiōe ſctē crucis.

ERat homo ex phariſeis Ni=
codemus nomine pꝛiceps iu
deoꝛum.Uide in feſto ſancte
Trinitatis.

☞ In feſto Coꝛone domini.

APpꝛehēdit pilatus Jeſum ⁊ flagel
lauit ⁊c.)Jo.xix.Ex ſe pꝫ totū pꝛe=
ſens euangelium.

☞ Sancti Joānis an̄ poꝛtā latinā.

DIxit Jeſus Petro ſeq̄re me)Uide
in feſto ſancti Joannis euangeli.

☞ In tranſlatiōe.b.Dn̄ici cōfeſſo.

VOs eſtis ſal terre)mat.v.Eſt
3 autem notandū ꝙ v̄ba pn̄tꝫ
euāgelij dixit xp̄s diſcipulis
ſuis ⁊ ꝯn̄r intelligunꝛ dicta
pꝛelatis omnibus.Et quia
docere eſt pꝛelatoꝛum:ideo etiā de do=
ctoꝛibus intelliguntꝛ.Aſſimilanꝛ aūt ſa=
li.Pꝛimo:q̄ꝛ per doctrinā celeſtium:coꝛ
poꝛa a coꝛruptiōe ꝑſeruāt ſm Hila.Se
cūdo:q̄ꝛ ꝑ eos cōdiꝛ hoim genꝰ:ſm Hie=
ro.i.perficiꝛ vt ſit ſapidū ꝑ intellectū et
amoꝛē diuinoꝛuꝫ.Tertio:q̄ꝛ ſine ſapoꝛe A
celeſtis ſapiētie quā iſti tradūt nullum
ſacrificiū bonoꝛū operum eſt acceptum
deo.ſicut ſine ſale nullū ſacrificiū offere=
batur deo in lege moſayca ſm Remig.
Quarto ſm eundem Remig.q̄ꝛ celeſtis
ſapīa ꝑ apoſtolos pꝛedicata exiccat hu=
moꝛes carnaliū operū aufert putredinē
⁊ fetoꝛē male cōuerſationis:⁊ vermē li=
bidinoſe cogitationis.Hec ille(Quod ſi
ſal euanuerit).i.ſi doctrina errauerit ſꝫ
Hier.vel in perſecutionibꝰ defecerit ſm
Aug.(in quo)id eſt per quē(ſalieꝛ).i.con
dietur terra ſiue hoīes terreni.quaſi di=
cat.Nō erit per quē ppl's coꝛrigaꝛ ⁊ con
firmeꝛ(Ad nihilū valet vltra niſi vt mit
tatur foꝛas)Extra eccleſiā per excōica=
tionē ſi ſit hereticus.Uel extra eccleſiaꝫ
quo ad meritum:ſi ſit pctōꝛ(⁊ cōculceꝛ
ab hominibꝰ)tanq̄ ab alto ad ima ruēs
(vos eſtis lux mūdi.)Sicut autē pꝛelati B
ſūt ſal ꝑcipue qn̄ ꝑ doctrinā mouēt affe=
ctum exhoꝛtando ad contēptū terreno=
rum ⁊ amoꝛem celeſtiuꝫ:ita ſunt lux:qn̄
per doctrinam illuminant intellectū cir
ca credēda:⁊ ſunt ſicut ciuitas foꝛtis ad
quā cōfugiūt debiles Unde nō poſſunt.
i.nō debent abſcōdi tacēdo veritatē fi=
dei loco ⁊ tpe opoꝛtuno.Sed q̄ꝛ lux do=
ctrine ſine effectu operū parū valet do=
ctoꝛi ⁊ parū pꝛoficit auditoꝛi.ideo ſubdi
tur(Non pōt ciuitas abſcōdi ſupꝛa mō
tem poſita:neq̄ꝫ accendunt lucenā ⁊ po
nūt eā ſub modio.ſꝫ ſuꝑ cādelabꝛū vt lu
ceat oībus q̄ i domo ſunt.Sic luceat lux
veſtra corā hominibꝰ vt videāt opa vr̄a
bona ⁊ gloꝛificēt patrē veſtrum qui in ce
lis eſt.(Nota lux veſtra.i.doctrina q̄ ſine
operibus auditoꝛibus parū doctoꝛibus
aūt nihil pꝛodeſt:ſed potius interdum D
obeſt.Sicut aūt dicit gl.poſtq̄ ſaluatoꝛ
docuit quales debent eſſe doctoꝛes:do=
cet q̄d debent dicere:dicens.(Nolite pu
tare quoniam veni ſoluere)id eſt tranſ=
gredi vel annihilare quo ad moꝛalia id



eſt decem pꝛecepta decalogi(legem aut
pꝛophetas nō veni ſoluere ſed adimple
re.)Ad intellectuꝫ aūt iſtoꝝ:quia varia
dicunt doctoꝛes expoſitoꝛes:oībꝰ expoſi
tionibus omiſſis ſꝫ ꝓpriā mētē aliqua
A dicemus.Sciendum eſt ergo ex doctri.
s.Tho.ij.ij.vbi de lege veteri loquiꝛ:ꝙ
in pꝛedicta lege erant tria genera ꝑce=
ptoꝛum.Quedā eniꝫ dicebanꝛ moꝛalia.
i.decem ꝑcepta decalogi.Iſta erant de
lege nature:ideo ſemper habēt durare
ſicut ſemper eadem eſt homini natura.
Quedā vero erant cerimonialia perti=
nentia.ſ.ad diuinum cultū.Iſta fuerunt
figuratiua:ſicut immolatio agni paſcha
lis figurabat xp̄i paſſionem.Poſtq̄ ergo
completa fuerunt illa que per talia figu
rabantur ceſſare debuerunt iſta ꝑcepta
Si enim etiā nunc immolareꝛ iſte agnꝰ
ſignificaretur ꝙ xp̄s adhuc eſſet moritu
rus:q̄d eſt impium.Unde ⁊ ſine peccato
talia ſeruari nō poſſunt.Et hinc eſt ꝙ ꝑ
ceptum de ſanctificatione ſabbati cum
eſſet partim moꝛatale.ſ.quo ad hoc vt
aliquo tpe ceſſantes hoīes a ſeruilibus
operibus vacarēt deo:⁊ partim cerimo=
niale.ſ.quo ad hoc ꝙ iſtud tp̄s eſſet ſab
batū q̄d interꝑtaꝛ reqēs ⁊ ſignificabat q̄e=
B tē xp̄i in ſepulcro:ceſſauit quo ad ſcōm
ſed nō quo ad pꝛimum.Un̄ aliq̄d tp̄s da
mus deo ſed nō ſabbatū.Quedā v̄o ꝑce
pta erant iudicialia que.ſ.pertinebant
ad regimē populi:vt ꝙ ille q̄ furabatur
aliq̄d reſtitueret illud ⁊ aliq̄d plus.Iſta
autē nō poſſunt eadeꝫ congrue dari oī=
bus populis:ideo variato populo iſta
variantur.Unde ea xp̄s reliquit in arbi
trio pꝛincipum:ita ꝙ non tenemur illa
ſeruare ſicut moꝛalia.nec etiā pꝛohibe=
mur ea obſeruare ſicut cerimōialia.To
ta iſta doctrina eſt.s.Tho.Chriſtꝰ ergo
impleuit legē quo ad moꝛalia ea obſer=
uando.⁊ declarando ⁊ cōſilia ſuꝑ addē=
do.Declarauit eīm ꝙ interioꝛes motus
animi etiaꝫ ſine exterioꝛi opere ſunt pec
cata q̄d iudei nō credebāt niſi foꝛte vbi
C lex expꝛeſſe cōcupiſcētiā ꝓhibebat.Imo
qn̄ lex pꝛohibet concupiſcentiam vxoꝛis
aliene:nō intelligebāt de cōcupiſcentia
luxurie ſed auaritie.Nam ex.s.Tho.ſ.
ſ.vbi ſupꝛa dicit ꝙ voluntatē adulterij
iudei non credebant peccatum.Cerimo
nialia aūt ⁊ ꝓphetias xp̄s impleuit ex=
hibendo veritatē quā ſignificabant.Si
vniuerſal'r totā legeꝫ quo ad moꝛalia et
cerimonialia ⁊ legalia impleuit ꝑ obſer
uantiā vſq̄ ad moꝛtē.(Amen quippe di D
co vobis donec tranſeat celum ⁊ terra:
iotha vnum aut vnus apex nō ꝑteribit
a lege)Ioth eſt litera hebꝛaica.iotha ve
ro greca ⁊ ſm Rabanum in numero ſi=
gnat decē:ideoq̄ꝫ ſignificat decē ꝑcepta
moꝛalia.Apex vero nō eſt litera:ſꝫ ſignū
quo valoꝛ diſcerniꝛ literarū.Nam apud
hebꝛos aleph valet a.⁊.e.ſm ꝙ addunꝛ
ei diuerſa puncta:que apices dicuntur
⁊ ſignificant cerimonialia.Neq̄ꝫ iotha
ergo neq̄ꝫ apex:ſine impletiōe ꝑdicto mō
pertranſibit.Quāuis etiam dicere poſ=
ſumus q̄d iſte modus eſt loquēdi quo ſi=
gnificatur ꝙ tota lex vſq̄ꝫ ad minima ꝑ
dictis modis debet impleri quātum ad
oīa pꝛecepta obligatiua ⁊ quātū ad oēs
ꝓphetias(donec)id eſt quouſq̄ꝫ(trāſeat
celum ⁊ terra)que dicunꝛ tranſire nō ſꝫ
ſubſtantiam ſed ſm qualitatē accidēta
lem:q̄ꝛ tā celū q̄ terra poſt iudiciū erūt
lucida ſuo mō plus q̄ ante:vt al's dictū
es(Qui ergo ſoluerit).i.nō obſuauerit:
vel nō ſane intellexerit ſm glo.(vnū de
mādatis iſtis minimis(.Iſta mandata E
minima ſm Chryſo.ſuper Mat.⁊ in ho
mil.ſunt ipſe declarationes decē ꝑce=
ptoꝛū:quas xp̄s ſtatim erat docturus:
puta ꝙ nulli licet ſine cā̄ iraſci:⁊ ꝙ non
licet cōcupiſcere mulierē turpiꝛ.Dicunꝛ
aūt iſta mādata minima a xp̄o ſꝫ Chry.
q̄ꝛ ſicut de ſe ita ⁊ de ſuis ꝑceptis humi=
lia dicit.Uel minima ſm Aug.ſunt ipa
pꝛecepta Moyſi:maxima vero q̄ ſuꝑad=
dit xp̄s(⁊ docuerit)ſic homines:minimꝰ
vocabitur in regno celoꝝū(.i.ſm Chryſ.
dānabiꝛ tempoꝛe reſurrectionis:q̄d hic
regnum celoꝝū dr̄ eo ꝙ in tali tpe tā aīa:
q̄ coꝛpꝰ iuſtoꝝū erit in glīa:vel ſm Gre.
per regnū celoꝝ eccleſia intelligēda eſt:
in quo doctoꝛ q̄ ſoluit mādatū:minimꝰ
vocatur:q̄ꝛ cuius vita deſpicitur reſtat F
vt eius ſermo cōtēnatur.Hec ille.(Qui
aūt fecerit ⁊ docuerit hic magnus voca
bitur in regno celoꝛum.

☞ Sctōꝝū Garuaſij ⁊ Pꝛothaſij.

CUm egrederetur ieſus de
templo) Mat. xiij. Ad intel
lectum horum que in hoc
euangelio dicuntur: ſcien
dum eſt ꝙ apoſtoli crede=
G bant ꝙ poſt deſtructionē
hieruſalē. ſtatim deberent omnia cōſum
mari ⁊ mundus finiri. Ideo qꝛ chriſtus
eis predixerat ruinā templi: ⁊ conſequē
ter ipſius ciuitatis hieruſalē: interroga=
uerunt eū de duobus vt pꝫ. Mat. xxiiij.
ſcꝫ de tpe deſtructionis hierl'm: ⁊ ſignis
aduentus xp̄i ⁊ deſtructionis mūdi. Et
de his duobus etiā hic dicuntur interro
gaſſe. de primo ibi: qñ iſta fient. de ſcd̄o
vero ibi: ⁊ qd̄ ſignū. In p̄ſenti aūt euāge
lio tangit rñſio ſolū quo ad primū queſi
tū. Ait illi vn⁹ ex diſcipulis ſuis. Magi=
ſter aſpice quales lapides: ⁊ quales ſtru
cture. Et rñdēs ieſus ait illi. Uides has
oēs magnas edificatiōes. Nō relinquet
lapis ſuper lapidē qui non deſtruetur.
Et cū ſederet in monte oliuarū cōtra tē=
plum: interrogabāt eū ſeparatim Pe=
trus Jacob⁹ ⁊ Joānes ⁊ Andreas. Dic
nobis quando iſta fient: ⁊ qd̄ ſignū erit
quando hec omnia incipient cōſumma=
ri. Et reſpondens Jeſus cepit dicere il=
H lis. Uidete ne quis vos ſeducat (Multi
enim venient in noīe meo) id eſt vſurpan
do ſibi nomen meū (dicētes qꝛ ego ſum)
ſ. xp̄s (⁊ multos ſeducēt.) Talis fuit Si=
mon magus: quē dicebant virtutem dei
magnam ſamaritani: vt pꝫ Act. viij. Ta
les fuerunt etiam multi alij ſm Hier. im
minente ruina hierl'm. Sed qꝛ vt idem
ait a tpe dn̄ice paſſiōis: in populo iudeo
rū: q̄ petiuit ſibi p̄ xp̄o dari Barabbam
latronē ſeditioſum nō defuerūt ſeditio=
nes ciuiū nec hoſtiū bella: tō dicit dn̄s:
(Cum audieritis autem bella: ⁊ opinio=
nes bellorū ne timueritis. Opꝫ enī hec
fieri ſed nondum finis) id eſt nondū erit
deſolatio ⁊ deſtructio iudee ⁊ hieruſalē
ſm Hiero. ſed vſq ad quadrageſimū an
I num differetur predicta deſolatio. Joq
ſecuri eſtote in iudea. Et in iſtis. xl. an=
nis ⁊ tpe obſidionis hieruſalē contige=
runt oīa q̄ ſaluator hic dicit ⁊ plura. Si
cut eī ex Joſepho pꝫ innūere ſeditiōes
⁊ fames acerba ⁊ peſtis eos inuaſit: ⁊ ter
rores de celo (exurget aūt gens ſuper gē
tem: ⁊ regnū ſuper regnum ⁊ erunt ter=
remotus per loca ⁊ fames. Initiū ſigno=
rum hec. Uidete aūt voſmetipſos. Tra=
dent eī vos in cōſilijs ⁊ in ſynagogis va
pulabitis. Et añ reges ⁊ p̄ſides ſtabitis K
p̄pter me in teſtimoniū illis. Et in oēs
gētes primū) ante. ſ. ꝙ deſtruat hierl'm
(opꝫ p̄dicari euāgelium.) Beda. Hoc ita
fuiſſe cōpletū eccleſiaſtice teſtant hiſto=
rie in quib⁹ refert ꝙ apl'i oēs multo añ
excidiū iudee p̄uincie ad p̄dicandū euā
geliū toto orbe fuerūt diſpſi: excepto Ja=
cobo zebedei ⁊ Jacobo fratre dn̄i: qui in
iudea pro verbo dn̄i prius ſanguinē fu
derāt. Hec ille. Sicut autem euāgelium
ſemel eſt predicatū ⁊ poſt venit deſola=
tio hierl'm: ita vna alia vice p̄dicabitur
⁊ deinde veniet deſolatio mundi: vt pꝫ
per Aug. ad Eſichium ⁊ s. Tho. j. ij. vbi
loquitur de lege euāgelica ⁊ ſuper ep'la
ad Roma. (Et cū duxerunt vos tradētes
nolite precogitare) Hoc declaratū eſt ſu=
pra in feſto. s. Tiburtij. ⁊ Ualeriani (qd̄
loq̄mini ſꝫ qd̄ datū fuerit vobꝫ in illa hora
id loq̄mini. Nō eī vos eſtis loquētes ſꝫ
ſpūſſctūs. Tradet aūt frater fratrem in
morte ⁊ pater filiū). ſ. pp zelū idoloꝝ. qꝛ L
qñ aliq̄d ad fidē cōuertebant q̄nq parē
tes etiā ſtrictiſſime eos accuſabāt vel ze
lo idoloꝝ vt dictum eſt vel priuato odio
aut cupiditate diuitiarū: vt pꝫ de beato
Paulo primo eremita: vel etiā timore
tyrannorū qui iſtos perdi ⁊ accuſari iu=
bebāt (⁊ conſurgēt filij in parētes: ⁊ mor
te eos afficiēt. Et eritis odio oībus pro=
pter nomen meum. Qui aūt ſuſtinuerit
vſq in finem hic ſaluus erit.)

In vigilia ſancti Joānis bapti.

FUit in diebus herodis re=
gis iudee.) Lu. j. Ad intel=
lectum eorū q̄ in p̄nti euā=
gelio dn̄r: ſciēdū ē vt hr. j.
Parali. xxiiij. qd̄ Dauid
ordinauit in miniſterio tē
pli domini eſſe. xxiiij. ſacerdotes: qui vt
etiā teſtat mag. hiſ. dicebant ſūmi ſacer M
dotes: ita tñ ꝙ vnus erat ſuper eos qui
ſimplr' erat ſumm⁹ ſacerdos. ſiue etiā de
nūero illoꝝ. xxiiij. ſiue nō. Et ſinguli eo=
rum habebant ſingulis ſeptimanis mi=



niſtrare ſm ordinē ſorte decretum. Abia
aūt fuit ſub octaua ſorte: a quo deſcēdit
zacharias pater Joānis. Utrū ṽo fuerit
ſumm⁹ ſacerdos vel nō eſt magna inter
A aliquos concertatio. ſ. inter Nicolaū de
lyra ⁊ Pau. bur. ſed tñ credo ꝙ nō fuerit
ſimplr' ſumm⁹ ſacerdos ſꝫ ſm q̄d: inq̄uā
tū fuit vnus de. xxiiij. (ſacerdos quidam
noīe zacharias de vice Abia) p̄fert aūt
hic Abia vltima acuta: qꝛ eſt indeclina
bile (⁊ vxor illius de filiabus Aaron: et
nomē eius Heliſabeth. Erant aūt iuſti
ambo ante deū: incedētes in oībus mā=
datis ⁊ iuſtificationibus dn̄i ſine q̄rela.
Et nō erat eis fili⁹: eo ꝙ eēt Heliſabeth
ſterilis: ⁊ ambo p̄ceſſiſſent in dieb⁹ ſuis.
Factū eſt aūt cū ſacerdotio fungeretur
zacharias in ordine vicis ſue ante deū:
ſm conſuetudinē ſacerdotij ſorte exijt:
vt incēſum poneret ingreſſus in tēplū
dn̄i. Et oīs multitudo ppl'i erat orans fo
ris hora incenſi) Sacrificiū fiebat extra
templū. i. extra domū interiorē. fiebat ei
in atrio qd̄ erat immediate p̄pe illā do=
mū: ſed tñ intra domum erat altare incē
B ſi ſuper qd̄ ponebat incēſum expleto ſa=
crificio. Utrū ṽo illud altare eſſet inter
ſctāſctoꝝ: vel non eſt qō inter doctores.
aug. tꝫ ꝙ ſic. alij ꝙ nō: q̄b⁹ aſſentio. (Ap
paruit aūt illi angelus dn̄i ſtans a de=
xtris altaris incēſi. Et zacharias turba=
tus eſt vidēs: ⁊ timor irruit ſuper eum:
Ait aūt ad illū angelus. Ne timeas za=
charia: qm̄ exaudita eſt deprecatio tua.)
Iſta deprecatio ſm Aug. intelligit eſſe
facta pro pp'lo: nō aūt pro filio habēdo.
Nam etiā angelo dicēte ꝙ habitur⁹ eſſet
filiū non credidit ei. Scd̄m alios ṽo erat
dep̄catio p̄ filio hñdo: quam tñ tunc nō
effuderat: ſed lōge ante (⁊ vxor tua Heli
ſabeth pariet tibi filium: ⁊ vocabis no=
men eius Joānē) id eſt in quo eſt gratia
vel cui datū eſt. Sic enim interpretatur
Beda. Singularis meriti indicium dat:
C quoties hoībus nomē imponit a deo vel
nūtiatur. Hec ille. (⁊ erit gaudiū tibi ⁊
exultatio ⁊ multi in natiuitate ei⁹ gau=
debunt. ſ. amici ⁊ vicini. In feſto ṽo na=
tiuitatis eius gaudēt chriſtiani. ⁊ vt fer=
tur etiam pagani (erit enim magn⁹ corā
dn̄o ⁊ vinū ⁊ ſicerā non bibet. Eſt autē
ſicera ſucc⁹ ex frugib⁹ ⁊ pomis coctis: p̄ci
pue dactylis exp̄ſſus: q̄ pōt inebriare ſi=
cut ⁊ vinū. (⁊ ſpūſctō replebit adhuc ex
vtero mr̄is ſue.) Ex quo pꝫ ꝙ fuit in vte
ro ſanctificat⁹ ſicut ⁊ Hieremias: de quo D
dictū eſt Hiere. j. Anteq̄ exires de vul=
ua ſanctificaui te. Idē a fortiori creditur
de btā virgine: licet lex ſcripta non ha=
beatur (⁊ multos filiorum iſrael cōuer=
tet ad dn̄m deū ipſorum. ⁊ ipſe precedet
ante illum) naſcendo: p̄dicādo: baptizā=
do (in ſpiritu ⁊ virtute helie). i. ſanctita=
te Helie cui fuit ſimilis primo in aſperi
tate victus. ſcd̄o in conſtātia docēdi ve=
ritatē. tertio in precedendo primū domi
ni aduentū: ſicut helias p̄cedet ſcd̄m (vt
cōuertat corda patrū). i. iudeoꝝ ſm Gre
cum: qui iudei patres fuerūt apl'orū (in
filios). i. ante filios ſeu apoſtolos ſm eū=
dē. ad quos diligendos Joānes induce
bat iudeos: ⁊ ad eis credendū. idō ſubdit
⁊ incredulos ad prudētiā iuſtorū) q̄ pru
dentia ſm Bedā: cōſiſtit in querēdo ſalu
tē non ex opibus legis: ſed ex fide xp̄i (pa
rare dn̄o). i. ad ſuſcipiendum dominum
ſeu xp̄m (plebem perfectam). i. deuotā. E

In die Joannis baptiſte.

HElizabeth impletum eſt
tp̄s pariendi: ⁊ peperit fi
lium.) Lu. j. [Et audie=
rūt vicini ⁊ cognati eius
qꝛ magnificauit dn̄s mi=
ſericordiā ſuā cū illa: ⁊ cō
gratulabantur ei. Et factum eſt in die
octauo venerūt circuncidere puerum: et
vocabant eum nomine patris ſui zacha
riā. Et reſpondēs mater eius dixit. Ne
quaq̄: ſed vocabitur Joannes.] Ex hoc
pꝫ ſm multos ꝙ nō ſolum zacharie ſed
etiam heliſabeth fuit reuelatum a deo
nomen p̄curſoris. Non eī potuit illud
a marito didiciſſe. quia vt dicit beatus
Lucas: exiuit metus de templo quādo
angelus ei apparuit. Et ſi dicatur quod
potuit ſcribere illud noīe añ ſicut tūc
dici poteſt quod verum quidem eſt: ſed
tamen ſi illud ſcripſiſſet ⁊ reuelaſſet pri⁹ F
non queſiuiſſent hoc tūc ab illo. [Et di=
xerunt ad illam: quia nemo eſt in co=
gnatione tua qui vocetur hoc nomine.
Innuebant autē patri eius]. ſcꝫ ſignis.

Ex quo ptz ꝙ nõ ſolũ mut⁹ ſʒ etiã ſurd⁹
erat factus. Si eñ potuiſſet audire ỽba
nõ ſignificaſſent ei illi ꝯcept⁹ ſuos ꝑ nu=
tus ſeu hmõi ſigna (quem vellẽt vocari
eũ.) Et poſtulãs pugillarẽ ſcripſit: dicẽs
G Joãnes eſt nomẽ ei⁹. (Et mirati ſũt vni=
uerſi) ſcʒ ꝙ pr̃ ⁊ mater cõuenirẽt i noïe:
maxie quia zacharias nõ dixit: vocabit
Joãnes: ſʒ dixit. Joãnes eſt nomẽ ei⁹ in
hoc. ſ. Annuẽs ꝑ ꝙ hoc nomẽ erat ipoſitũ
a deo ipſi puero (Apertũ eſt aũt ilico os ei⁹
⁊ lingua ei⁹: ⁊ loqbat̃ bñdicẽs deum) za
charias eñ fuit ꝑcuſſus ꝑuatione loq̃le:
eo ꝙ angelo loq̃nti nõ credidit. diffidẽs
de ſua ſenectute ⁊ vxoris ſterilitate: et
vſq3 ad natiuitatẽ filij fuit mut⁹ (⁊ fact⁹
eſt timor magnus ſuꝑ oẽs vicinos eoꝝ)
id eſt admiratio vel timor ſuꝑ zacharia
caſtigato ꝑ angelũ (⁊ ſuꝑ oĩa montana
iudee diuulgabãtur oĩa ỽba hec. Et po
ſuerũt oẽs q̃ audierãt in corde ſuo dicẽ=
tes. Quiſputas puer ille erit? Et eñ ma
nus dñi). i. ỽtu⁹ (erat cũ illo) q2. ſ. circa il=
lum faciebat miracula (Et zacharias pr̃
ei⁹ replet⁹ ẽ ſpũſctõ: ⁊ ꝓphetauit dicẽs)
Jn ſua ꝓphetia duo ꝓdixit. ſ. ꝙ de⁹ viſi
H tauit nos mittẽdo Joãnẽ q̃ eſſet ꝓcurſor
xp̃i. ⁊ etiã ꝙ de⁹ fecit redẽptionẽ. i. miſit
redẽptorem plebis ſue. i. ꝑpli ſui (Bñdi
ctus dñs deus iſrael: q2 viſitauit ⁊ fecit
redemptionem plebis ſue.)

In vigi. apl'oꝝ Petri ⁊ Pauli.

SImon Joannis diligis me
plus his) Joã. vlti. Eſt aũt
ſciendũ ꝙ ea q̃ in p̃nti euã=
gelio narrant̃ cõtigerũt qñ
ſaluator apparuit. petro ⁊
ſocijs ei⁹ piſcãtibus in mari tyberiadis
poſt ſuã reſurrectionẽ (Simõ Joãnis)
ſcilicet filius (diligis me plus his) id eſt
plus q̃ alii apoſtoli qui erãt preſentes.
ſcilʒ. Thoñ. Nathanael: ⁊ duo filij ze=
bedei: ⁊ alij duo q̃ ſunt innoiati. Inter=
rogat aũt de hoc xp̃s ad innuẽdũ ꝙ is q̃
eligit̃ in prelatũ debet eſſe alijs melior.
Unde lʒ ꝯm iura ſufficiat eligere ſufficiẽ
I tem: tñ quo ad deũ q̃libet tenet̃ eligere
meliorẽ non meliorem ſimpliciter. i. qui
magis habet de charitate: ſed meliorez
q̃ ad hoc: ꝙ. ſ. ꝯſyderatis oib⁹ eſt aptior
ad regimẽ. Ceteris tñ parib⁹ eligendus
dus eſt melior ſimplr̃: q2 ſimilior eſt ſum
mo paſtori. Uide de hoc ſctm̃ Tho. ij. ij.
q. lxiij. ⁊ quodl'. vj. (Dicit ei. Etiã dñe tu
ſcis q2 amo te) nõ dicit aũt plus q̃ alij: K
q2 ſuam fragilitatẽ in negotiatione fue=
rat expert⁹, vel q2 vt dicit Aug. ignora=
bat alioꝝ corda. (Dicit ei. Paſce agnos
meos). i. incipiẽtes. (Dicit ei iterũ) Jte=
rato dicit vt oñdat quãtũ niſum debeat
facere ꝑlatus de ſubditus (Simõ Joan
nis diligis me. Ait illi. Etiã dñe. tu ſcis
quia amo te. Dicit ei iterũ. Paſce agnos
meos). i. ꝓficientes. (Dicit ei tertio. Si=
mon Joãnis amas me. Contriſtat⁹ eſt
petrus: q2 dixit ei tertio: amas me.) ꝯm
aliquos: eo ꝙ xp̃s freq̃ẽter interroga=
ret qđ ſciebat. Uñ ꝯm alios cõtriſtat⁹ eſt
quia timuit ne xp̃s ſibi predicaret aliqđ
malum futurũ: ſicut fecerat qñ dixit ei ꝙ
ter illũ eſſet negaturus. Et dicit ei. Dñe
tu oĩa noſti tu ſcis q2 amo te. (Dicit ei.
Paſce oues meas). i. ꝑfectos. Et ne quis
crederet leue onus preeſſe: oñdit xp̃s ad
q̃d ordinabat ouium ſuaruʒ paſtorẽ: q2
ad hoc vt ꝑ mortẽ oñderet caduca om=
nia ꝯtemnẽda. Uñ ſubditur (Amen amẽ L
dico tibi. cum eſſes iunior: cingebas te ⁊
ambulabas vbi volebas. Cũ aũt ſenue
ris: extẽdes manus tuas). ſ. in cruce: (et
alius). ſ. carnifex (te cinget). i. ligabit in
cruce (⁊ ducet quo tu non vis.). ſ. ꝯm ſen
ſualitatem id eſt ad mortem. (Hoc autẽ
dixit). ſ. chriſtus (ſignificans qua morte)
ſcilicet ipſe Petr⁹ (clarificatur⁹. i. glori=
ficaturus (eſſet deũ.) Significauit enim
ꝙ crucifigeretur.

In die apoſtoloꝝ Petri ⁊ Pauli.

UEnit Jeſus in partes ceſaree phi
lippi ⁊c. Uide ſupra in cathedra
ſancti Petri.

In ꝯmemoratione ſancti Pauli.

ECce nos reliquimus omnia ⁊c. Ui=
de ſupra in Conuerſione ſctĩ Pauli

In octaua apoſtoloruʒ. Pe
tri ⁊ Pauli.

IUſſit Jeſus diſcipulos ſuos
aſcendere in nauicula Mat. M
M quẽter ſic loquũt̃. ſ. exceſſiue. Uñ vt ait q̃
dã dicũt eos nullã pati penã ſicut nul=
lã hñt culpã. Ideo multum põderãdũ
eſt contra quos hereticos ſcti ſunt locu
ti: qꝛ aug. cõtra arriũ videt̃ declinare ad



Sabelliũ: ⁊ ecõuerſo. ⁊ cõtra Pelagium
videt̃ declinare ad arrium: ⁊ ecõuerſo.
Hec Sco. ¶ Secũda rñſio eſt ſcti Tho. ⁊
Archie. ⁊ glo. in. c. firmiſſime. Dicunt eñi
iſti ꝙ Augu. ponit ſpeciẽ ꝓ genere. vt di
A cant̃ eterno igne puniri: ideſt eterna pe
na. Et intẽdũt iſti dicere ꝙ pena origi=
nali peccato debita directe eſt carentia
diuine viſionis: vt ꝑ glo. in. ca. maiores.
ſed qꝛ iſtã penã habebũt in igne infer=
nali in quo recludent̃: ideo dicunt̃ eter
no igne puniri: non qꝛ puniant̃ ab igne
niſi ſicut a carcere: ⁊ detinẽte. ſed qꝛ pu=
niant̃ in igne. Sed quare aug. ſic loquit̃
Dico ꝙ hoc facit ad excludendũ illam
opinionẽ: que videt̃ fuiſſe Pelagij. ſ. ꝙ
tales pueri poſt iudiciũ hunc munduꝫ
inhabitabunt. Eſt eñi iſta opinio falſa
(Licet eñi dicat Archie. ꝙ in quo loco
habitaturi ſint poſt iudiciũ nouit dñs
tñ ꝓculdubio ibi erũt vbi ſunt mõ: ſm̃
ꝙ ſonant aug. verba q̃ eos eterno igne
puniẽdos aſſerit. Et hoc rõnabiliter: qꝛ
ſicut modo ⁊ tũc habebũt p̄ciſe eandem
B culpã: ita ⁊ eandẽ penã. Uñ ⁊ Bonauẽ.
dicit ꝙ talis locus debet̃ eis rõne fedi=
tatis q̃ fuit in carne. Sic ergo gñaliter
pꝫ ad oĩa dicta. Aug. Sed ſp̃aliter dicit̃
ad ſingula. Ad primũ q̃dẽ nihil opꝫ ad=
dere. Ad ſcđm dico ꝙ ꝓbat ꝙ recepta=
culũ iſtorũ puerorũ: erit vna pars gehẽ
ne tenebroſa. qđ cõcedit̃. nec tñ ſequitur
ſi ſunt in igne ꝙ ab illo ſenſibilr̃ cruciẽ=
tur. qꝛ vt dicit Bona. ille ignis inſtrumẽ
tum eſt diuine iuſtitie: ⁊ ideo ita agit vt
deus vult. Uñ aliquos cruciat: vt iniq̃s
aliquos purgat vt iuſtos aliquos ſoluꝫ
detinet alligatos vt pueros p̄dictos: ⁊ tñ
vnꝰ ẽ ignis: vñ Gre. Sicut ſub eodẽ igne
aurũ rutilat ⁊ palea fumat ſic idẽ ignis
⁊ reprobos cruciat ⁊ electos purgat. Hec
ille. Ad tertiũ dico ꝙ p̄dicta verba Aug.
de dextera ⁊ ſiniſtra ĩ iudicio nõ pñt in=
telligi niſi de his q̃ vſuꝫ rõnis habuerũt
Quis eñi niſi inſanus dicat ꝙ reprehẽ=
C dent̃ de negligẽtia circa opa mĩe: illi qui
vſum rõnis nõ habuerũt. Quia ergo exi
ſtẽtes in ſiniſtra de talibꝰ ſunt increpã
di a xp̃o ideo dico ꝙ iſti paruuli nõ erũt
in ſiniſtra neqꝫ etiã in dextera. vñ ſicut
dicit. b. Gre. vt allegat. s. Tho. ſuꝑ Mat
in dextera vel ſiniſtra nõ erit aliquis in=
fidelis: ſed ſolum fideles. qui potue=
runt facere eleemoſynas ⁊ infirmos vi
ſitare. Sic ergo dico ꝙ q̃ntum ad fideles
mediocriter bonos vel malos in die iu=
D dicij nõ erit locus. i. ſtatus mediꝰ inter
dexterã ⁊ ſiniſtrã ꝓprie ſecus q̃ ad alios
Et ſi aliq̃ñ dicant̃ pueri ĩ ſiniſtra eſſe in
telligendũ eſt de his pueris q̃ aliquomõ
vſum rõnis habuerũt. Si aũt intelligat̃
de alijs q̃ vſum rõnis nõ habuerũt ſic ſi
niſtra ſumit̃ improprie: ⁊ ſic etiã tales
adiudicant̃ igni iproprie. i. vt ab illo de
tineant̃: ⁊ nõ vt ab illo cruciẽt̃. Et iſta vr̃
eẽ mẽs Aug. ad q̃rtũ dico ꝙ aug. loquit̃
de his q̃ reſurgẽt ad iudiciũ: nõ ſoluꝫ vt
cõdẽnẽt̃ vel p̄mient̃: ſꝫ ẽt vt diſcutiant̃ ⁊
vituperent̃ vel laudent̃ ꝓ pctis actuali
bus vl̃ ꝓ meritꝫ ſuis vl̃ ꝑ cruciatũ acci=
piãt penã. Ad q̃ntũ dico ꝙ ſicut ibi ꝑ di
cta aug. pꝫ pelagiꝰ nõ icludebat ꝑuulos
in carcere gehẽne vt nos facimꝰ vñ lõge
eſt iſta opinio ab illa. Et nota ꝙ lꝫ Aug
videat̃ ibi dicere ꝙ dolebũt: tñ ip̃ſe hoc
dicit: nõ de oĩbꝰ pueris: ſꝫ de his q̃ aliq̃
E mõ vſum rõnis habuerũt. Uel ꝑ dolorẽ
intelligit penã. Cõtra iſtas rñſiones ca
tholicas ⁊ ſolidas. Gre. de arimino facit
aliq̃s replicas friuolas q̃s q̃ videre cu=
pit cũ ſolutiõibꝰ earũ videat. Cap̄. ij. di.
xxxiij. Eſt aũt mirũ de iſto Gre. qꝛ ĩ hac
materia mgr̃ꝫ ſniaꝝ q̃ ꝓ nobis ẽ: aut nõ
vidit aut nõ itellexit. Dicit eñi ꝙ nũꝗ̃ le
git aug. vel aliũ allegãtẽ aug. ꝙ dicat ꝙ
tales ſolũ iſtã penã dãni patient̃. Sicut
etiã aliq̃ñ accidit p̄dicãtibꝰ ꝙ iſta opi=
nio quã ſuſtineo imo teneo ẽ heretica. ꝓ
pterea ꝙ aug. de fide ad Petrũ ĩ fine. xl.
illarũ regulaꝝ: quaꝝ vna eſt ca. firmiſſi
me. dicit ꝙ ſentiẽs aduerſus illas regu
las anathema ſit. Ego eñi ꝯ̃ illas regu
las nihil dico ſꝫ illas itelligo ſane: ⁊ cuꝫ
gl. ſctõrũ. Tales aũt etiã ipſi gloſſant il
lud ca. firmiſſime: q̃ ad ꝯceptionẽ btẽ vir
ginis de q̃ ibi fit mẽtio ṽtualiter ſꝫ ille
gloſſe nõ ſunt ſctõꝝ: ſꝫ eas ſuo capite cõ
fingũt ⁊ ꝑ illas deſtruũt textũ. Scđo ar=
F guit̃ p̄ncipalr̃ ꝑ dictũ Gre. ix. moral. ſuꝑ
illud ṽbũ Job. ix. Multiplicauit vulne
ra mea ſine cã. Ibi eñi tꝫ Greg. ꝙ tales
ad tormẽta ꝑueniũt ⁊ tormẽta ꝑcipiũt.

Et ꝯfirmaꝛ.qꝛ aliter meliꝰ eſſet iſtis poſt
hāc vitā ꝙ̄ i iſta:qḋ eſt ꝯ̄ textū quē Gre.
exponit.ſ.multiplicauit vulnera mea.
ſol.Ad argumētū dico.vt.ſ̄.ſ.ꝙ Greg.ex
ceſſiue locutꝰ ē:⁊ ꝙ ꝑ tormēti ꝑceptionē
G aut experiētiā.tā ipē ꝙ̄ Aug.intelligūt
ipſam notitiā:q̄ ſciūt ſe dei viſione ꝑua
tos:q̄ tn̄ nō eſt eis cā doloris vt dictū eſt
ꝯ̄dicet.Ad ꝯfirmationē dico iuxta doctri
nā.s.Tho.in.q.de ma.q.v.ar.iiij.ad q̄n
tū ꝙ duplex eſt pena pc̄ti originalis.ſ.
taxata ⁊ cōcomitās.Taxata q̄dē i p̄nti
vita:ē priuatio originalis iuſtitie ⁊ gr̄e
gratū faciētis:in futura ꝟo eſt priuatio
ꝑdicte iuſtitie ⁊ gr̄e:⁊ vltra hoc priuatio
viſionis diuine:⁊ incarceratio:⁊ īpoſſi-
bilitas euadēdi. Pena aūt cōcomitās vꝉ
cōſequēs:ſunt ipē afflictiones q̄s in hac
vita ſuſtinemꝰ:⁊ ipſa mors poſt hāc aūt
vitā nō hꝫ locū ꝓpria pena cōſequēs vꝉ
cōmitās:qꝛ tūc oīs defectꝰ taxaꝛ ꝓ cul-
pa .Pena aūt talꝭ.ſ.cōcomitās:neqꝫ eq̄ꝛ
neqꝫ ꝓportionaꝛ culpe ſemꝑ.Nā iudex
aliq̄s iuſtꝰ:iuſte pōt duos fures equalꝛ
culpabiles punire cecitate q̄ ē pena ta-
xata ex q̄ plura mala vni ꝙ̄ alteri ꝓue-
H nient:qꝛ vnꝰ forte pluries īpinget ad la
pides.Quātū ergo ad penā taxatā pro
originali quā opꝫ culpe ꝓportionari:di
co ꝙ grauiꝰ incōparabilꝛ poſt hāc vitā
tales puniunꝛ qꝛ priuatio diuine viſio
nis tūc.ſ.poſt mortē icipit eſſe pena nō
an̄.qꝛ etiā tūc icipit eſſe tp̄s vidēdi.Ecō
uerſo aūt eſt de cōcomitate:qꝛ i alia vi-
ta aut minor aut nulla eſt.Arguiꝛ etiaꝫ
ꝑ rōnes.qꝛ tales patianꝛ dolorem ſenſi
bilē.Primo ſic.Nā in hac vita paruuli
ſuſtinēt penā ſenſibilē.⁊ non iniuſte cū
illa ſit a deo.Ergo iuſte.Ergo originale
iſtā mereꝛ.Ergo etiā poſt hāc vitam ꝓ
originali tales penas patienꝛ.aut origi
nale inſufficienter punieꝛ.Sol.Si argu
mentū aliq̄d valeret ꝓbaret vtiqꝫ ꝙ ſi-
cut in hac vita ſeneſcimꝰ ⁊ morimur:ita
⁊ in futura ꝙ eſt abſurdū.Dico ergo ad
I argumentū ẜm mentē.s.Tho.ꝙ pueri
in hac vita patiunꝛ talia iuſte:nō ſicut
penā taxatā ſed ſicut cōcomitantē.quā
tn̄ poſt hanc vitā nō patiūtur.Nec ſeq̄-
tur ꝙ maneat pc̄tm̄ inſufficienter puni-
tū:qꝛ remanet pena taxata:q̄ eſt ꝑ ſe in-
tenta a iudice:⁊ ꝓportionaꝛ culpe.Et ſi
querat:q̄re deꝰ talia in hac vita ꝑmittit
dꝛ p̄mo ẜm.s.Th.vbi.ſ̄.ꝙ talia i hac vi
ta p̄nt nobis eſſe vtilia nō in alia vbi nō
eſt ꝓficiendi tp̄s.Dꝛ ſcđo:ꝙ hoc exigit ta
lis ſtatus qꝛ firmato celo nulla pōt natu K
ralꝛ eſſe alteratio naturalis ⁊ corrupti-
ua.Poſſet aūt eſſe ſpūalis:q̄ etiā eſt affli
ctiua:ſed iſta nō erit in talibꝰ:qꝛ iuſtitia
dei hoc nō req̄rit ſecꝰ de dānatis.Un̄ ipi
nō corrūpenꝛ:⁊ tn̄ cruciabunꝛ vehemē-
ter:qꝛ ignis trāſfundet i eos ſuū calorē
nō realiter ſeu materiliter ſed intētiona
liter:eo mō quo albedo muri multipli-
cat in vicino aere ſilitudinem ſeu ſpēm
ſuā q̄ in ſpeculo relucet.Pō aūt ad ꝓpo
ſitū poni exēplū de duobꝰ ꝑdictis cecis:
qꝛ cū iuſtitia iudicis ſtat ꝙ poſt cecitatē
vnus ponaꝛ i tali ſtatu vt nunq̄ꝫ impin
guat puta ſi ductorē inueniat ⁊ nō aliꝰ q̄
ductore caret.Scđo arguiꝛ ad idem ſic.
Cā ⁊ origo pc̄ti originalis maxie penes
carnē īfecta reſidet ergo maxime illa dꝫ
puniri:qꝛ ꝑ q̄ q̄s peccat ꝑ hec ⁊ torqueꝛ.
Sicut ergo aīa ꝑuatione diuine viſiōis
puniꝛ:ita caro dꝫ aliq̄ ſupplicio affici.
Sol.Ad hoc dꝛ dupłr.Primo ꝙ falſuꝫ ē L
ꝙ caro ſit principalis cā pc̄ti originalis
ſꝫ ē ipē generās q̄ ꝑncipalꝛ ꝑ aīaꝫ gn̄at
Un̄ ⁊ ſi de carne infecta fiat aliq̄s hō ſi
ne ſemine deciſo ab Adā talis nō habe-
bit originale pc̄tm̄.Dico ſcđo vt dicit.ſ.
Bonauē.ꝙ ſi cā pc̄ti q̄cūqꝫ mō reſideat
in carne hoc ē ꝑ modū habitꝰ ⁊ nō ꝑ mo
dū actus.Un̄ caro nō facit aīam pueri
cōcupiſcētē ſed cōcupiſcibilē.Et iō nec
ipſa nec aīa in ipſa dꝫ actuali cōbuſtiōe
ignis torq̄ri.ſed ſicut aīa priuaꝛ viſione
dei.ſic etiā caro priuaꝛ ſolatio ſuo:⁊ lo
co vili ac tenebroſo poniꝛ rōne ſue fedi-
tatis cū in celo empyreo eſſet collocāda
ſi a talis feditatis corruptione mūdata
fuiſſet ꝑ efficaciaꝫ baptiſmi.Hec ex illo.
Tertio arguiꝛ ad idē ſic.Iſtoꝝ puerorū
corpa poſt reſurrectionē nō erūt dotata
ẜm ſctōs.ſꝫ erūt paſſibilia.Omne autē
paſſibile neceſſe ē pati ſi addit actiuum. M
Ergo iſti ſi erunt in igne calefient.So-
lutio.ad hoc dico dupliciter.Primo ſe-
cundum.s.Tho.ij.diſt.xxxiij.ꝙ non pa
tientur:qꝛ non aderit agens naturale



corrūpēs qꝛ firmato celo nullꝰ erit mo-
tus depēdēs a motu celi qꝛ remota cā
nō ſtat effectus:primꝰ aūt motus ē alio
rū cā.Nulla ergo poterit tūc eſſe altera
A tio naturalꝛ.Et ſi dicaꝛ ꝙ ſtabit ſpūa-
lis actio dico vt ſupra ꝙ diuina iuſtitia
nō exigit ꝙ a ſenſibilibꝰ ſpūaliter imu-
tenꝛ ad tormētū:ſꝫ ſolū ad cognoſcendū
Ignis eiūm ille vt dicit dn̄s Bonauen.
⁊ allegatū eſt agit ſolū vt deo placet.A
natura ergo erit ꝙ neqꝫ alterentur neqꝫ
corrūpanꝛ.A deo ꝟo ꝙ nō affliganꝛ.ſed
ſolū detineanꝛ ab igne.Et lꝫ illa corpo-
ra ſint futura paſſibilia:tn̄ nō idigebūt
alimēto i hoc diuina ꝟtute id faciēte.ẜm
Bonauē.Uel iō ẜm veritatē:qꝛ remoto
motu celi calor nālis nō alterabit ad fa
mē:⁊ ſitim:agēdo in humidū radicale.
Arguiꝛ etiā ꝙ patianꝛ interiorē dolorē
Primo ſic.Nā Chry.dicit Excludi a bo
nis eternis ⁊ alienū effici ab his q̄ ꝑpa-
rata fuerūt iuſtis:tm̄ generat cruciatuꝫ
vt etiā ſi nulla pena extrinſecꝰ torq̄ret
hec ſola ſufficeret.Ergo ſi paruuli exclu
denꝛ a regno ſicut adulti:vꝛ ꝙ maxime
B cruciabunꝛ interiori dolore.Sol.Ad hoc
dicit dn̄s Bonauen.ꝙ Chryſoſto.loqui
tur de his q̄ ab illa felicitate ſua.i.actua
li culpa excludūꝛ.ad pleniorē tn̄ noti-
tiā hoꝝ sciēdū ē ꝙ vt ꝓbat Sco.nullā
p̄nt iſti pueri poſt mortē habere malaꝫ
volūtatē ex q̄ ſeq̄ꝛ ꝙ de tali priuatione
dolere nō p̄nt cū ſciāt illā eſſe iuſtā.Si
eñ dolerent de iuſto:eſſent iniuſti.Et ſi
dicaꝛ ꝙ p̄nt dolere ꝙ talē viſionem non
meruerit ſicut alij pueri baptizati.Re-
ſpōdet.s.Th.in.ij.ſentētarū ꝙ alij pue
ri meruerꝛ illā ex dono gratie ſibi fctō.
Nullus aūt recte ſentiēs dolet ſi ſibi nō
fit gr̄a q̄ fit alteri qꝛ hoc eſſet murmu-
rare ꝯ̄ eū q̄ vni ⁊ nō alij gr̄am facit.qḋ
nō eſt ſapiētis.Scđo arguiꝛ.Quicunqꝫ
deſyderat aliq̄d ⁊ priuaꝛ eo:neceſſario
dolet.Oēs aūt hoīes deſyderāt natura
liter beatitudinē iō ꝙ illa priuātur:vt
iſti neceſſario dolēt.Ad hoc dico ẜm mē
tē.s.Tho.vbi.ſ̄.ꝙ duplex eſt volūtas.ſ.
C ꝑfecta q̄ ſi nō ipletur ſeq̄tur inde triſti-
tia:⁊ iꝑfecta q̄ dꝛ velleitas q̄dā ẜm quā
aliq̄s aliq̄n̄ dꝛ velle īpoſſibile.puta vola
re nec tn̄ dolet talis ſi non volat.Reſpe-
ctu ergo beatitudinis tales nō p̄nt habe
re voluntatē ꝑfectā q̄ nō eſt īpoſſibiliū:
qꝛ ſciūt hoc eis impoſſibile eſſe:ſꝫ tm̄ im
perfectā:ideo nō dolebūt.Et ſi dicaꝛ ꝙ
ſciūt ꝙ potuiſſent illā acq̄rere ꝑ baptiſ-
mū:dico vt ſupra ꝙ hoc ſolū ex gratia D
erat.Qui tn̄ conſecuti iā fuerint gratiā
baptiſmalē dolebūt ſi eā nō habebūt:qꝛ
ſe ab illa volūtarie auerterūt cū poſſent
vel ꝑſeuerare in gr̄a vel conſentire deo
volēti iuſtificare eos.Quarto arguitur.
Nā ipſi cognoſcūt deū ⁊ amāt:ergo do-
lēt ꝙ ab eo ſunt ſeparati.Ad hoc dicit
s.Tho.vbi.ſ̄.ꝙ non ſunt ſeparati a deo
oīno:puta ꝙ̄tū ad naturalia bona:imo
naturalē habēt cognitionē ⁊ de ea gau-
dent ⁊ ẜm eā de deo.Quinto arguiꝛ.Nā
data iſta ſentētia:ſequiꝛ ꝙ equalꝛ pu-
niaꝛ decedēs ſine omni pc̄ō in puris na
turalibꝰ ⁊ decedēs cum pc̄ō originali.
Uterqꝫ eñ priuaꝛ viſione dei.Ad hoc di
co negando ſequelā ꝓpter duo.Primo
qꝛ ẜm.s.Tho.⁊ Sco.priuatio diuine vi
ſionis ei q̄ illā habere nō debebat:nō eſt
pena neqꝫ damnū.Talis eſt decedēs in E
naturalibꝰ puris.Unde talis nō puniꝛ
hac priuatione ſicut neqꝫ cecus natꝰ pu
niꝛ ꝑ hoc ꝙ impingit ꝓ aliquo peccato
actuali.Scđo qꝛ nō eſt rōnabile ꝙ talis
ſine omni pc̄ō decedēs:includereꝛ in te
nebras gehēne vt iſti pueri quorum pe-
na eſt priuatio viſionis dei ⁊ eoꝝ que ad
illam cōſequunꝛ:puta loci in quo deꝰ vi
deꝛ ⁊ ſocietatis ſctōꝝ vidētiū deū:vnde
in tenebris cū diaboloꝝ ſocietate reclu
denꝛ.Ultimo arguit:qꝛ Euge.in quadā
extrauagāti dicit ꝙ tā moriētes i actua
li ꝙ̄ originali deſcēdūt in infernū diſpa
ribꝰ penis puniendi.Ad hoc dico ꝙ eſt
pro nobis.Iſta eñ penarū.Diſparitas
eſt ẜm diſtantiam dāni ⁊ ſenſus.Et no-
ta ꝙ infernus aliq̄n̄ ſumiꝛ pro ea parte
gehēne in qua ſunt iniuſti.aliq̄n̄ ꝓ om-
ni limbo ſeu ꝑte gehēne vnde ⁊ xp̄s dici
tur ꝑſonaliter ad infernū deſcēdiſſe:qui
tn̄ ſolū ad limbū patrum deſcendit illo F
modo:et ſic ſumiꝛ hic infernꝰ.Et hec de
iſta queſtione ad preſens ſufficiant ⁊ de
tota expoſitione hac ſuper euangelijs
tam de tempore ꝙ̄ de ſanctis ẜm ordinē
beati Dominici patris noſtri.

¶ Sed tamẽ vt etiam qui ſe-
cundum ordinez curie Romane miſſas
celebrare conſueuerunt: euangelicas le
ctiones expoſitas legant: iterum quedã
pauca ſuperaddere neceſſe eſt id eſt euã
G gelia necdum expoſita.

¶ Tabula ad euãgelia per-
quirenda iuxta morẽ curie in aurea roſa
vbicunqȝ in locis proprijs nõ ſignãtur.

Quicunqȝ autem euãgeliũ
ſm curiã Romanã currẽs
in hoc opuſculo loco ſuo
notatuz non inuenerit ad
tabulam hic ſubiectam re
currat. ¶ Igit̃ dñica pri͂a
in aduentu euangeliũ Reqre dñica ſcd̃a
in aduentu. Et dñica ſcd̃a in aduẽtu: re-
quire dñica tertia in aduentu. Et dñica
tertia de aduenu reqre in dñica quarta
eiuſdẽ. Dñica aũt quarta require in ſab
bato quatuor temporum. In octaua epi
phanie: require infra. Feria tertia pri-
me hebdomade in quadrageſima reqre
in dñica ſcd̃a in quadageſima. Dñica
ſcd̃a in quadrageſima: require in ſabba
to precedente. Sabbato poſt dñicam in
paſſione: reqre infra. In vigilia aſcẽſio-
H nis reqre in ſabbato ante dñicã palma-
rũ. ¶ Notandũ eſt ꝟo ꝙ curia dñicam
in q̃ eſt feſtũ trinitatis vocat primã poſt
pentechoſtẽ: ita ꝙ prima poſt feſtũ tri-
nitatis eſt ſecunda poſt Penthecoſten.
Dominica ſecunda poſt Penthecoſten:
require in dominica ſecunda poſt feſtũ
trinitatis. Dominica tertia poſt penthe
coſten: require in dominica tertia poſt
feſtum trinitatis. Dominica vero quar
ta: require in. v. ꝛ. v. i. vj. ꝛ. vj. in. vij. ꝛ. vij.
in. viij. ꝛ ſic deinceps vſqȝ ad dñicã. xxiij.
Dñicã. xxiiij. poſt Penthe. require ĩfra.
¶ In feſto ſancti Thome martyris req̃
re dominica prima poſt octauas paſche.
Sancti Antonij de padua ordinis mi-
norum. require in feſto ſancti Dominici
Sanctorũ ciriaci: largi: ꝛ Sma. require
in die aſcenſionis. Sancti Petronij: re-
I quire dominica prima poſt octa. paſche
Beati patris Franciſci. require in feſto
ſancti Matthie. ¶ In cõmuni apoſtolo-
rum euangelium. Hec mando vobis re-
quire in feſto Simonis ꝛ Jude Et euan
gelium. Ecce mitto: in feſto Tiburtij et
Ualeriani. Et euangelium Ecce nos: in
cõmemoratione beati Pauli. Et euãge
liũ Deſignauit: in feſto beati Luc. ¶ In
cõi vnius martyris euãgeliũ Nolite ar K
bitrari: require in feſto ſcti Ualẽtini. Et
euãgeliũ Nihil operũ: in feſto ſcti Theo
dori. Et euangeliũ Si q̃s venit ad me: re
quire infra. ¶ In cõi plurimoꝝ marty.
euang. Cõfiteor: reqre in feſto bti Ma-
thie: ꝛ euangeliũ. Qui vos audit: reqre
in feſto ſcti Felicis: ꝛ euã. ſedẽte: requi-
re infra ꝛ ſilr̃ euan. Ue vobis. ¶ In cõ-
muni cõfeſſorũ euan. Uos eſtis: require
in feſto ſancti Dñici: euan. autẽ. Uidete:
require infra: ꝛ ſimiliter euangelium.
Nolite timere.

☞ In octa. epipha. ſcd̃m curiam.

VIdit ioannes ieſum venien-
tem ad ſe) Jo. j. Iſte autem
aduentus xp̃i ad ioannem
baptizantem circa iordanẽ
fuit a galilea ſm. s. Thom̃.
Qui etiam dicit ꝙ iſte aduentus non eſt
ille quo ieſus venit ad baptiſmum ioã-
nis de quo habetur Mar. iij. quia vt pa L
tet in hoc eodem euangelio ioãnes quã-
do vidit nunc chriſtũ: dixit ſe prius vi-
diſſe ſpiritum quaſi colũbam deſcenden
tẽ ſuper eũ: ꝛ cõſequẽter xp̃s erat iã ba-
ptizat⁹. Uñ dicit idẽ ꝙ iſte aduent⁹ fuit
quo iã baptizatus ꝛ aliq̃diu circa ior-
danẽ cõmoratus: venit ad Joannẽ. Ue-
nit aũt ſm eundẽ poſt baptiſmũ ad ioã-
nẽ. Prio vt teſtimoniũ Joãnis quo ante
dixerat venit fortior ꝛc. magis certifica-
ret̃ neqȝ erraret in cognitione vẽturi cũ
iaz adeſſet. Et ſcd̃o ne q̃s crederet ꝙ qñ
prima vice ad eũ venit ad baptiſmũ: ve
nerit quaſi purgandus a peccatis. Un-
de ſignanter dixit ioannes que ſequun-
tur (Et ait. Ecce agnus dei: ecce qui tol-
lit pctã mundi) Ecce q̃ reuerẽter ſeru⁹
ſemper loquit̃ de dño ſuo. ſicut ei reuerẽ
tiam exhibuit etiã cum vterqȝ vtero ma M
terno clauderet̃ maria ſalutãte Heliſa-
beth. ¶ Quare aũt xp̃s dicat̃ agn⁹: vide
ſupra in vig. ſancti Andree (Hic eſt de
quo dixi: poſt me veniet vir) ſ. ad p̃dicã-
dũ ꝛ in notitiã hoim. Uenit aũt ioannes



ad p̃dicandũ ante xp̃m. Prio ſm Chry.
qr erat cõſanguine⁹ xp̃i ſm carnẽ: iuxta
illud Lu. j. Ecce heliſabeth cognata. Si
ergo xp̃o teſtimoniũ phibuiſſet poſtq̃ il
lum cognouerat potuiſſet teſtimoniũ ei⁹
A eſſe ſuſpectũ. Scd̃o ſm. s. Tho. qr in pce
dentib⁹ de potẽtia ad actũ impfectũ p̃-
cedit perfectũ tpe: ſm illud. j. Cor. xv.
Nõ prius qd̃ ſpũale eſt: ſz qd̃ aĩale. Do-
ctrina aũt ioãnis erat doctrina xp̃i imp-
fectior (Qui añ me factus eſt) eo. mõ quo
expoſitũ eſt dñica. iiij. in aduẽtu (q̃ prior
me erat). i. ab eterno Heb. vl. Xp̃s heri ꝛ
hodie ꝛc. Jo. viij. Añq̃ abraã fieret ego
ſum. Scd̃m bonos eñ dialeticos. iſta ſũt
vera. Iſte hõ: xp̃o demonſtrato fuit ab
eterno: ꝛ tñ ab eterno iſte hõ: non e rat
iſte homo: nec erat hõ: ſz erat iſte q̃ ex tpe
eſt homo ad ꝟitatẽ eñ p̃dictoꝝ ſufficit
ꝙ pſona quã demonſtrat iſte ſit eterna:
ꝛ ei humanitas ſit cõiũcta ex tpe. Dicit
aũt. s. Tho. ꝙ etiã ſm humanitatẽ ſuſti
neri põt xp̃s ſit fact⁹ añ Joãnẽ: qr in ip̃o
principio ſue conceptiõis fuit homo pfe
ctus habẽs aĩam pfectã oĩ ꝟtute ꝛ cor-
pus omnib⁹ lineamentis diſtinctũ: licet
nõ pfecte q̃titatis Hieremie. xxxj. Nouũ
faciet dñs ſup terrã: femina circũdabit
B virũ. ſ. perfectũ. Fuit ergo Jeſus homo
perfectus añ Joãnẽ: qr prius fuit conce
ptus ꝙ ioãnes eſſet hõ perfect⁹ (Et ego
neſciebam eum) qr rõne infantie nſciuit
facta in xp̃i natiuitate qñ fiebant: deide
vero in deſerto cõuerſatus nõ habuit fa
miliaritatẽ xp̃i (ſed vt manifeſtet̃ in iſrl̃
ppterea veni ego in aqua baptizãs) qd̃
qualr̃ ſit intelligẽdũ ꝛ ſilr̃ q̃ ſequunt̃ pz
ex dictis dñica. iiij. in aduẽtu ꝛ ſabbato
p̃cedẽti. Et dñica infra octa. epipha. Et
teſtimoniũ perhibuit Joãnes dicẽs: qr
vidi ſpiritũ deſcẽdẽtẽ quaſi colũbã de ce
lo ꝛ mãſit ſup eũ. Sed qui miſit me ba-
ptizare in aqua: ille mihi dixit ſup quez
videris ſpiritũ deſcendẽtẽ ꝛ manentẽ ſu
per eũ: hic eſt q̃ bapptizat. Et ego vidi ꝛ
teſtimoniũ perhibui (quia hic eſt filius
dei). ſ. naturalis: ſicut alij ſũt filij p grãz
Ubi ſm. s. Tho. aduertendũ ẽ qñ. Joã-
C nes normã obſeruat prudẽtis doctoris.
Nõ eñ ſtatim a pricipio doctor prudẽs
pfunda pponit: ſed leuiora. Sic Joan-
nes nõ ſtatim a principio ſui teſtimonij
dixit xp̃m filium dei: ſed ptulit eum ſibi
dicens ꝙ veniret poſt ſe fortior cũ tamẽ
tante eſſet celſitudinis ipſe vt xp̃s credi
potuiſſet. Deinde ꝟo dixit eũ filiuz dei. D
¶ Sed ex predictis orit̃ dubitatio: q̃s nã
ſit qui Joannem miſit ad baptizanduz.
Si eñ dicatur ꝙ miſit deus pater: ſequit̃
ꝙ etiam ſit dei filius: qr iuxta regulam
theologicam indiuiſa ſunt opera trini-
tatis ad extra. Quõ ergo dt. Ego neſcie-
bat eum: ſi ab illo miſſus eſt. Si dicatur
ꝙ cognoſcebat eum ſm deitatẽ: ſed non
ſm humanitatem niſi poſtq̃ vidit ſpiri
tũ ſanctũ deſcendẽtẽ ſup euz. Cõtra. Nã
ille deſcẽſus fuit qñ xp̃s eſt baptizatus.
Joannes aũt cognouit eũ añq̃ baptiza
ret. alias nõ dixiſſet. Ego a te debeo ba-
ptizari. Ad hoc aũt vt dicit. s. Tho. tri-
pliciter rñderi põt. Prio ſm Chry. Cui⁹
mens eſt hec. Joannes diu añ baptiſmũ
non cognoſcebat ieſum ſm humanitatẽ
familiariter: qñ aũt debebat baptizari:
iam erat ei familiaris ex viſitatione fre E
quẽti: ideo dixi: ego a te debeo ꝛc. Scd̃o
iuxta Hier. cui⁹ mens eſt hec. Joannes
ſciuit chriſtum eſſe mũdi ſaluatorẽ: non
autem eſſe mũdi ſaluatorẽ p baptiſmũ:
ꝛ ideo hoc qd̃ neſciuit audiuit. ſ. hic eſt q̃
baptizat in ſpũſancto Tertio melius dr̃
ſm Aug. qd̃ aliq̃d ſciuit et aliquid neſci
uit. ſ. ꝙ poteſtatem baptizandi quã fide
lib⁹ ſuis cõicare potuit ſibi ſoli retinuit.
Et h̃ eſt qd̃ dt. Qui miſit me baptizare in
aqua. Et infra. Hic eſt q̃ baptizat in ſpũ
ſctõ. ſ. ſinglr̃ ꝛ ſolus. Licet enim fidelib⁹
contulerit poteſtatem baptizandi mini
ſterialiter: non tñ interius mundandi
aĩam a macula peccati: ſed hãc ſibi reſer
uauit ſm ſanctũ tho. Uel poteſt ſolui q̃r
to ꝙ Joannes ſciuit quidem xp̃m eſſe fi
lium dei ꝛ filiũ Marie virginis ꝛ affinez
ſuum: forte etiam anteq̃ deſertum pe-
tiuiſſet ſed tamen non cognoſcebat euz
hic ꝛ nunc: ſicut frequenter accidit quod F
homo ſcit non habuiſſe filium quẽ diu
non vidit: ꝛ nunc videt: ꝛ non cognoſcit
eſſe illum quem ſcit eſſe filium ſuum.

☞ Sabbato ante dominicam de
paſſione ſcd̃m curiam.

COgitauerũt principes ſacer
dotũ.vt ⁊ lazarũ interfice=
rẽt)Joãnis.xij.q꞉( multi ꝓ
pter illũ abibant ex iudeis)
i.recedebãt a doctrĩa ⁊ ſeq̃la
G pharifeorũ( ⁊ credebant in ihm)Quis
eſt homo tã perſpicax in cogitando ⁊ tã
facundus in orando:vt poſſet viſo vete=
ri ac nouo teſtamento ⁊ viſa pertinacia
iudeorũ etiã mõ ſufficiẽter dicere vł co=
gitare iudeorũ iniq̃tatẽ obſtiationẽ ⁊ ſa
uitatẽ Sine dubio plus ſtupeo q̃ ſi vi=
derem ſolẽ retrocedere.Et ſi pñtia non
viderẽ.vix crederẽ preterita.Ecce reſu
ſcitato viro nobiliſſimo mortuo quatri=
duano tã patẽter vt negari nõ poſſet in
mortẽ reſuſcitãtis ⁊ reſuſcitati cõſpira=
rũt:vñ tota gẽtilitas cõuerti potuerat ſi
vidiſſet(In craſtinũ aũt turba mlta ⁊c.)
Habes autem totũ hoc euãgelium quo
ad textum ⁊ gloſſas feria ſecunda poſt
palmas.

☞ Dñica vigeſimaquarta poſt Pẽ=
tecoſten ſcðm curiam.

CUm videritis abominatio=
H nem deſolationis ⁊c.)Mat.
xxiiij.Eſt autem ſciẽdũ ꝙ vt
ptz ex textu btĩ Mat.ea q̃ in
pñti euã.recitant̃ dicta ſunt
a xp̃o poſtq̃ vltio aſcẽdit ĩ hierłm ad paſ
ſionẽ.Cũ em̃ die q̃dã dixiſſet:iudeis.Ec=
ce relinquet̃ vobꝫ domꝰ vr̃a deſerta.egreſ
ſi de tẽplo diſcipuli oſtẽdebãt tẽpli ſtru
cturã que erat mirabilis.Quibus ille di
xit lapidẽ ſuper lapidẽ nõ remãſurum.
Sedẽte aũt eo deinde ſupra montẽ oli=
ueti vbi futurũ eſt iudiciũ:⁊ vñ totũ tẽ=
plũ ⁊ ciuitas hieroſolyma poterat vide
ri:interrogabãt eũ diſcipuli de duobus.
ſ.euerſiõe tẽpli ſeu hierłm:⁊ aduẽtu ſe=
cundo eiꝰ q̃ erit in cõſummatione ſecu=
li.Quibꝰ ille reſpõdit ſicut in euangelio
tertio ab iſto ſequẽti habet̃ in quo dedit
multa ſigna deſtructiõis hierłm.ſ.mul=
tiplicationẽ pſeudo ꝓphetarũ ac pſeu=
do xp̃i:⁊ ingruentia mala.Deinde vero
ſuꝑaddidit vltimũ ſignũ euidẽtiſſimum
⁊ de ꝓpinquo oſtẽdẽs ruinam ciuitatis
I hierłm ⁊ totius gñis ſeu regni iſraelitici.
Et de hoc ſic dr̃ in hoc euãgelio(Cũ vi=
deritis abominationẽ deſolationis q̃ di
cta eſt a Daniele ꝓpheta ſtantẽ in loco
ſctõ).i.in tẽplo vel in hierłm:q̃ erat ciui
tas ſctã:vel in circũadiacẽte regiõe:q̃ et
dr̃ terra ſctã rõne ciuitatis ſicut ⁊ ciuitas K
rõne tẽpli.¶ Eſt aũt ſciẽdũ ꝙ angelus
Dañ.ix.ſic dicit.poſt hebdomadas ſexa
gintaduas.ſ.annorũ:q̃ cõplere ſũt ĩ xp̃i
paſſiõe(occidet̃ xp̃s ⁊ nec erit eiꝰ ppłs.q̃
eũ negaturꝰ eſt)corã Pilato ſꝫ ille ppłs
eſt reprobatꝰ ⁊ xp̃s elegit ſibi aliũ.i.xp̃ia
nũ:q̃ eum nõ negauit(⁊ ciuitatẽ)hierłm
(⁊ ſanctuariũ).i.tẽpluꝫ( diſſipabit ppłs)
romanꝰ(cũ duce vẽturo)cõtra hierłm.i.
Tito(Et finis eiꝰ).ſ.ciuitatis(ac tẽpli)
vaſtitas:⁊ poſt finẽ belli ſtatuta deſola=
tio.(Cõfirmabit aũt pactũ).i.euãgelicaꝫ
legẽ(multꝭ hebdomada vna)que ẽ vltia
inter ſexagintaduas:in qua xp̃s predi=
cauit.(Et in medio hebdomade deficiet
hoſtia ⁊ ſacrificiũ):q꞉ xp̃s inſtituit noua
ſacrificia abolitis prioribus(Et in tẽplo
erit abominatio deſolatiõis)ſignũ euidẽ
tiſſimũ. Poſſunt aũt per hãc abomina=
tionẽ multa intelligi:vt patebit(⁊ vſq꞉
ad cõſummationẽ ⁊ finẽ)mundi(perſe=
uerabit deſolatio)hierłm calcate a gen=
tibꝰ donec ipleant̃ tp̃a nationũ.⁊ iudei
cõuertãt̃ ad fideꝫ p̃dctã ergo v̈ba ſalua L
toris multiplr̃ intelligunt̃:q꞉ per abomi
nationẽ deſolatiõis ſm̃.s.Thom.multa
poſſunt intelligi. Primo ipſe exercitus
romanorũ qui fuerũt idololatre ⁊ iudai
ce terre deſolatores.Scðo aliq̃d idoluꝫ
q̃d iudei abominationẽ vocabant vt
aquila quã legitur pilatus inuexiſſe tẽ=
plo vel ſtatua adriani.quã poſuit in lo
co tẽpli vbi ſteterat arca teſti. Cuꝫ ergo
iſta vel illa abominatio fuit in loco ſan
co precipue in templo ſignum fuit datũ
a ſaluatore ꝙ iudei non deberẽt in po=
ſterũ vſq꞉ ad finẽ mundi p̃ualere in ter=
ra ſua.Unde ⁊ iuxta Luc.ſaluator dixit.
Cum videritis circundari ab exercitu
hierłm:ſcitote q꞉ appropinquauit deſo
latio eius.Sed tamẽ q꞉ in dicta prophe
tia Danielis ſunt multa myſteria xp̃i:iõ
ſaluator anteq̃ dicat quid pretendat: M
facit parenteſim dicens(Qui legit intel
ligat).ſ.qñ incipiant ⁊ qñ terminentur
hebdomade Danielis:⁊ q̃ũo accipiẽda
ſint q̃ ille ꝓphetauit. Deinde cõtinuat



dictum ſuuꝫ dicens(Tunc qui in iudea
ſunt fugiãt ad mõtes).i.ad regnũ agrip
A pe dominantis in montibus ſm̃ ſanctũ
⁊ confederati romanis:ad quem fideles
admoniti per iſtam prophetiã:⁊ decla=
rationẽ xp̃i ⁊ admonitionẽ angeli cõfu=
gerunt ⁊ habuerunt pacẽ dum iudei ꝓ
morte xp̃i luerent penas:oppreſſi bello
per Uaſpaſianũ ac Titum(⁊ qui in tecto
non deſcendat tollere aliquid de domo
ſua:⁊ qui in agro non reuertat̃ tollere
tunicam ſuã)q꞉ ſcꝫ tp̃s erit fugiendi a
facie romanoꝝ.Et vt dicit.s.Tho.ſal=
uator vult dicere hoc malũ ita ſubito vẽ
turum vt nõ euitetur.q꞉ Titꝰ ſciẽs mul
titudinẽ ad feſtũ paſchatis in hierłm cõ
ueniſſe p̃occupauit obſidere eos ĩ ciuita
te.(Ue autem pregnantibus ⁊ nutrien=
tibus in illis diebus)quia fugere nõ po
terunt cum licite nequeãt adhortari nec
contra naturalẽ pietatem pueros dere=
linquere.Et eadẽ ratione ſequit̃(Orate
aũt vt non fiat fuga veſtra hyeme)in q̃
B eſt difficilis.(vel ſabbato)in quo iudeis
non licebat vltra milliare vnum ꝓfici=
ſci.Sed nunquid in tãta neceſſitate non
licuiſſet ſabbato fugere.Dico ꝙ ſic(ſꝫ tñ
ſaluator intendit dicere q̃d fuga erat fu
tura omnino quaſi dicere.Nolite orare
ne fiat fuga veſtra:quia omnino fiet ſed
ne fiat tp̃e incõgruo:q꞉ fiet repente.Qui
dam tñ vt Nico.de ly.dicunt ꝙ ſalua=
tor incipit hic loqui de tp̃e antixp̃i ⁊ di=
ſtructionis mundi.Sed.s.Tho.melius
exponit de hierłm euerſione q̃d pꝫ.Pri=
mo:q꞉ tempore deſtructionis mũdi non
erit fuga:ſꝫ terror.Scðo:q꞉ exp̃ſſe btũs
Lucas iſta introducit de hierłm ſubuer
ſione dicens.Cũ videritis circũdari ab
exercitu hierłm:tũc ſcitote quia appro=
pinquauit deſolatio eius. Tunc qui in
Judea ſunt fugiant in montes ⁊ qui in
medio eius diſcedat:⁊ qui in regionibꝰ
nõ intrẽt in eã:q꞉ dies vltionis hi ſunt
vt impleãtur omnia que ſcripta ſũt.Ue
aũt p̃gnãtibus ⁊ nutrientibꝰ in illis die
bus.Erit em̃ p̃ſſura magna ſuper terrã:
C ⁊ ira populo huic.Et cadẽt ĩ ore gladij:
⁊ captiui ducent̃ in oẽs gentes.⁊ hieru=
ſalẽ calcabit̃ a gentibus donec impleã=
tur tp̃a nationũ.Hec ille.(Erit em̃ tunc
tribulatio magna)⁊ q̃ nõ poſſet explicã=
ri ſed horror ſit cogitare.Oppreſſa eniꝫ
fuit hierłm tp̃e azymoꝝ:in quo xp̃m oc=
ciderat poſt annos circiter q̃draginta.⁊ D
in ea cõcluſa eſt multitudo ppłi inuali=
da q̃ poſſet q̃dem alimenta cõſumere:ſꝫ
nõ pugnare aduerſus inimicos.Et tãta
fuit intus ſeditio vt nũq̃ niſi cum roma
ni erãt ad muros ceſſarent ab homici=
dijs q̃ perpetrabãt ſeditioſi ⁊ quidã la=
trones dicti ſicarij a ſica gladio quẽ la=
tẽter ferebãt. Tãta fames vt Joſepho
teſte parentes filijs ⁊ filij parentibus nõ
ſolũ de manibus:ſed ẽt de faucibꝰ rape
rẽt alimẽta conſtricto gutture:ne cibus
quios in trauerat:ventrẽ intraret:ãdeo
vt Maria quedam nobiliſſima matro=
na ꝓpriũ deuorauerit filiũ.Tãta peſtis
vt iã in ciuitate ſepulcra deeſſent:⁊ vr=
bis vallũ cadaueribus repleret̃. Ideo
ſequit̃(q̃lis nõ fuit ab initio mũdi vſq꞉
modo neq꞉ fiet).ſ.in ppło illo hebraico:
ſm̃.s.Tho.lꝫ maior ſit futura tp̃e anti=
xp̃i vt dicit.Uerũ tñ lꝫ tp̃e antixp̃i futu=
ra ſit maior tribulatio ſꝫ ſe:tñ nõ erit vt
credo maior quo ad tribulatos.q꞉ ma= E
gnũ ſolatiũ tũc erit fidelibꝰ ꝙ ꝓ deo mo
riant̃: quo ſolatio carebãt iudei qui ꝓ
ſuis ſceleribus plectebant̃.Uellẽ aũt ꝙ
iudi redderẽt ſi poſſunt cãm tãte vexa=
tionis ⁊ tãdiu durãtis diſperſionis aliã
a morte ſui redẽptoris(Et niſi breuiati
fuiſſent dies illi)nõ q꞉ tũc dies facti ſint
breuiores:vt quidã dicũt ⁊ recitat Au
guſt.q꞉ vt dr̃ in pſ̃.Ordinatione tua pſe
uerãt dies:ſed vt dicit.s.Tho. ſunt bre=
uiati primo in nũero:vel ſcðo q꞉ breuia=
ta ſunt mala.(non fieret ſalua omnis ca
ro)id eſt nulla caro ſiue nullus homo iu
deus euaſiſſet q꞉ romani dominabant̃ ĩ
orbe vniuerſo:vt dicit.s.Tho.(Sꝫ pro=
pter electos breuiabunt̃ dies illi.) Uel
q꞉ aliq̃ electi iudei iã erãt cõuerſi ⁊ dep̃=
cabant̃ pro illo ppło.Uel q꞉ multi electi
de illo ppło erãt naſcituri:q̃ nati nõ fuiſ
ſent ſi ille ppłs totalr̃ interijſſet diebꝰ
illis nõ breuiatis.Premiſſis aũt iſtis ſal
uator iã ĩcipit ſm̃.s.Tho.loq̃ de ꝑtinẽti F
bus ad ſcðm eiꝰ aduẽtũ.Pro quo ſcien=
dũ eſt ꝙ duobꝰ tp̃ibꝰ xp̃s dicit apparitu
ros aliquos q̃ ſe dicerẽt eſſe xp̃m.ſ.inſtã=

te deſtructione hierl'm: vt dicet in euãge
lio tertio ab iſto: ⁊ inſtante deſtructione
mundi. Et de hoc ſequit admonitio xp̄i
dicẽtis (Tũc) Dicit aũt. s. Tho. ꝙ ly tũc
G nõ dicit tp̄s determinatũ ſ; ꝯfuſũ. q: qð
ſequit nõ eſt factũ ſtatim euerſa hierl'z:
ſ; expectat futurũ in fine. Sile hr̃ Mat.
iij. vbi dr̃. Et habitauit in nazareth. Et
ſequit. Tunc venit Joã. ⁊c. ⁊ tñ forte an
ni viginti fuerũt inter illa duo tp̄a. Igit
tunc. i. tẽpore finis mũdi qñ apparebũt
pſeudo xp̄i (ſi quis vobis dixerit. Ecce
hic eſt chriſt⁹ aũt illic: nolite credere) ni-
ſi cũ videritis venientẽ in nubibus celi
glorioſum ⁊ lucidũ inſtar fulguris: imo
ſupra ſolẽ. (Surgent enĩ pſeudo xp̄i) id
eſt falſi xp̄i. (⁊ pſeudo ꝓphete) q̄ erunt eo
rum fautores (⁊ dabunt) id eſt faciẽt vel
cauſabũt: ſicut luna dat lumẽ ſuũ (ſigna
magna ⁊ ꝓdigia) Nõ autem pñt demo-
nes quorũ auxilio vtunt hmõi perſone
ſceleſte facere vera miracula ſiue mira-
culũ ſimpliciter: q: talia excedũt totã vir
tutẽ creatã: ſed quo ad nos. q: ſicut ſupe
rior ⁊ magis ingenioſus artifex aliquid
facit: de q̄ mirat inferior. Ita poſſunt ali
H qua efficere demones de q̄bus hoies mi-
rant. Que qualiter faciãt patebit in ali-
qua q̄ſtionũ. (ita vt in errorẽ inducant ſi
fieri põt: etiã electi). Que ſm Origenẽ ꝑ
exaggerationẽ dicũtur ad ſignificandã
rei magnitudinẽ. Licet enĩ electi ſeduci
poſſint ⁊ mori in ſeductione ſi ſm ſe cõſy
derent tñ hoc eſt impoſſibile: vt ſtãt ſub
ordine diuine electionis (ecce predixi vo
bis) vt iacula preuiſa caueatis. (Si ergo
Dixerit vobis: ecce in deſerto eſt: nolite
exire ecce in penetralibus). i. in ſecretis
locis (nolite credere) ⁊ hic recapitulat et
ſpecificat ꝙ pri⁹ dixerat: vt cordi firmi⁹
tradat. Deinde vero docet modum quo
xp̄s ad iudiciũ ſit venturus. ⁊ reddit cãz
quare predicta nõ credent dicẽs. (Sicut
enĩ fulgur exit ab oriẽte). i. generatur in
partibus oriẽtis (⁊ apparet vſq; in occi-
dẽtẽ: ita erit aduẽtus filij hois) q: ſ. erit
I in pte oriẽtali in hierl'm ſup montẽ oli-
ueti ⁊ vallẽ ioſaphat: ⁊ erit manifeſtus
oibus (Vbicũq; fuerit corp⁹: ibi ꝯgrega
buntur ⁊ aq̄le) q̄ſi di. Nolite dubitare qñ
ſciatis meũ aduentũ: q: ſicut ꝯgregant
aq̄le vbi eſt p̄da: ita aũ me ꝯgregabunt
oẽs gẽtes ⁊ aquile. i. ſancti erũt mecũ in
aere. Dicit aũt. s. Tho. ꝙ i hebreo pro ly
corpus habet anathe. i. cadauer. Vñ vo-
luit xp̄s ſignificare paſſionẽ ſuam q: ve- K
niet pretẽdens in corꝑe ſuo ſigna paſſio
nis. (Statĩ aũt poſt tribulationẽ dierũ
illoꝝ). i. in q̄bus antixp̄s vexabit eccl'iã.
Sed ꝯtra q: de his diebus nõ erat facta
mentio: ſed ſolũ de dieb⁹ vexationis hie
ruſalẽ. Dico ꝙ ſicut hierl'm ſignificat in
ſcripturis eccl'iã. ita eius vexatio ⁊ euer
ſio ſignificat vexationẽ ⁊ euerſionẽ mun
di. Vñ vtrãq; euerſionem p̄cedit aliquis
aduentus xp̄i ⁊ pſeudo xp̄i: ⁊ predicatio
euãgelij generalis: vt dicet in euãgelio
tertio ab iſto ⁊ pſecutio bonorũ ⁊ abomi
natio in tẽplo: q: ſicut ſtetit idolũ i tẽplo
materiali: ita ſedebit antixp̄s i ſpũali. i. ec
cl'ia oñdẽs ſe tãq; ſit de⁹ (ſol obſcurabit
⁊ luna nõ dabit lumẽ ſuũ) Patẽt aũt iſta ⁊
multa ſeq̄ntia ex dictis dñica ſcða in ad
uentu (⁊ ſtelle cadẽt de celo ⁊ virtutes ce
lorũ ꝯmouebunt. Et tunc apparebit ſi-
gnũ filij hois in celo). i. crux qð ſignũ vt
ſan Tho. exponit in ipſa inouatione mũ
di q̄ in celo lucidior q̄; ꝑus appebit erit L
ſignũ victorie xp̄i quã habuit ꝑ paſſionẽ
ſup oibus ⁊ ſignificabit xp̄m per paſſio-
nẽ acq̄ſiuiſſe iudiciariã ptãtem ⁊ cõfun-
det iniquos. Erit aũt ſm. s. Tho. hoc ſi-
gnũ ſole clarius. Exiſtimo aũt ꝙ erit ali-
qua lux in modũ crucis formata. Si enĩ
eſſet vere lignũ crucis iam corrũpi non
poſſet ceſſante motu celi: ⁊ ſic duraret in
eternũ: qð rõnabiliter non vr̃ q: nullũ
corpus mixtũ durabit eternaliter niſi ſit
organũ aie rõnalis q̄ immortalis eſt: vt
ſunt corpa humana (⁊ tũc plãgẽt oẽs tri
bus terre) que xp̄m non ſunt ſecute. ⁊ tñ
iã intelligẽtes ſe grauiter erraſſe. Et vi-
debũt filiũ hois veniẽtẽ in nubib⁹ celi cũ
virtute multa ⁊ maieſtate. Et mittet an-
gelos ſuos cum tuba ⁊ voce magna.) Di
cit aũt. s. Tho. ſup Mat. ꝙ cũ in reſurre
ctione triplex ꝟtus cõcurrat. ſ. diuina ⁊
humana xp̄i ⁊ ãgelica q̄ ad aliq̄ p̄ambu
la. p̄mã ſignificat tuba. ⁊ ſcðam vox ma M
gna. ⁊ tertiã angeli. In q̄rto aũt di. xliij.
dicit ꝙ iſta tuba ſignificat vocẽ xp̄i vel
eius apparitionẽ. Et verũ eſt. q: diuina vir



tus opabit ꝑ xp̄i humanitatẽ ſeu ꝟtutẽ
hũanitatis tanq̄; ꝑ inſtrm. Vñ ⁊ vox xp̄i
põt dici tuba dei ⁊ econuerſo (Et ꝯgrega
bũt) angeli colligẽtes cineres ⁊ ad iudi-
ciũ ꝯuocãtes (a q̄tuor vẽtis) q̄ ſunt ſubſo
lan⁹. i. ſub ſole vl' ab oriẽte nat⁹ fauoni⁹
A a fouẽdo flores: q̄ ab occidẽte flat: auſter
⁊ meridies ꝑ q̄s hic itelligunt q̄tuor mũ
di ptes (a ſummis celoꝝ vſq; ad termi-
nos eorũ) qð dr̃ ad ſignificandũ ꝙ nõ ſo
lũ viui ꝯgregabũtur ſed ẽt mortui quorũ
aie ſunt in celo ⁊ in purgatorio: ⁊ corpo
ra in viſcerib⁹ terre (Ab arbore autẽ fici
diſcite parabolã. Cũ iã ram⁹ eius tener
fuerit ⁊ folia nata: ſcitis q: ꝓpe eſt eſtas
Ita ⁊ vos cũ videritis hec oia ſcitote q:
ꝓpe eſt ⁊ i ianuis). ſ. aduẽtus xp̄i. (Amẽ
dico vobis q: non preteribit generatio
hec donec oia fiant. Celũ ⁊ terra trãſibũt
verba aũt mea non preteribunt) que oia
patent ex dictis in dñica predicta.

☞ In feſto vnius martyris ſe-
cundum cariam.

SI quis venit ad me). Luc.
xiiij. i. ad ſeruitiũ meũ volẽs
B mens effici diſcipul⁹. i. xp̄ia-
nus vel religioſus (⁊ nõ odit
p̄rẽ ſuũ ⁊ mr̃em) q̄ ad lineã
aſcẽdentiũ [⁊ vxorẽ] q̄. ſ. non facit aliam
lineã aut gradũ (⁊ filios) q̄ ad lineã de-
ſcẽdẽtiũ (⁊ fratres ⁊ ſorores) q̄ ad lineã
trãſuerſaliũ (adhuc aũt ⁊ aiam ſuã). i. vi
tã aialẽ ſeu ſenſitiuã (nõ põt me⁹ eẽ di-
ſcipulus). i. verus xp̄ian⁹ et multo mi⁹
verus religioſus. Sed cuz q̄libet teneat
ex charitate diligere oẽs p̄dictos: ⁊ mul
to magis ſeip̄m. ⁊ p̄ñr vitã ſuã. iſta ꝟba
intelligẽda ſunt qñ p̄dicta p̄ſtant nobis
impedimẽta accedẽdi ad xp̄z. Sicut enĩ
talia ipedimẽta debẽt nobis diſplicere.
ita ⁊ q̄ ea preſtant debẽt nobis diſplice
re inquãtũ ea preſtant: l; ſint amãdi q̄;-
tũ ad naturã ⁊ ratione parẽtele. Eſt aũt
notandũ vt colligitur hic ex ꝟbis ſalua
toris ꝙ ad venire ad xp̄m ſiue ꝑfecte eſ-
ſe diſcipulũ xp̄i tria requirunt: quorum
duo reſpiciũt terminũ a quo ⁊ terminũ
C ad quẽ. Primum eſt ſuperare impedimẽ
ta extrinſeca q̄ notant ꝑ patrẽ ⁊ matrẽ
⁊c. Scðm eſt ſupare intrinſeca. i. ꝓprias
paſſiones q̄ notant ꝑ aiam. Que duo ꝑ-
tinẽt ad recedere a malo. Tertiũ eſt ꝓfi
ciſci ad bonũ offerẽdo deo corpus ⁊ ani
mam noſtrã qð notat cũ dr̃. [Et q̄ non
baiulat crucẽ ſuã]. i. ſibi ꝓportionatã: D
nõ aũt meã: q: eſt aſpa nimis ⁊ crudelis
[⁊ venit poſt me nõ põt meus eſſe diſci-
pulus.] Eſt aũt duplex crux aſſumẽda
ſcz aie. i. charitas: ⁊ corporis. i. pnia. Dr̃
enĩ crux ſm aliquos a cruciãdo. Cruciat
aũt pnia corpus ꝓpriũ ⁊ partes ſenſiti-
uas ſm illud Gal'. v. Qui ſunt xp̄i carnẽ
ſuã crucifixerũt cũ vi. ⁊ cõcu. Charitas
aũt cruciat animã ⁊ partes intellectiuas
inquãtũ facit dolere de ꝓpria culpa et
de aliena miſeria: ⁊ ꝯpati ſuo capiti xp̄o
ſicut dicebat Paulus Gal'. ij. Cũ xp̄o cõ-
fixus ſum cruci. Aliqui aũt textus habẽt
crucem ſuã quotidie. ⁊ eſt cõtra illos qui
ſexta feria abſtinẽt: ⁊ reliq̄s diebus deli
tijs imo crapulis ⁊ luxurijs vacãt. Sed
q: dupliciter aliquis eſt diſcipulus xp̄i
ſcz q: eſt xp̄ianus: ⁊ q: ẽt religioſus: ⁊ ad
primũ ſufficit fides cũ obſeruãtia. x. pre-
ceptorũ: nõ aũt ad ſcðm. ſed vlterius opz
ꝙ renuntiet diuitijs ⁊ cõcupiſcentijs li- E
citis ⁊ proprie voluntati iuxta tria vota
religionis. iõ de hoc ſubditur duplex pa
rabola. Dicit ergo. [Quis enĩ ex vobis
volens turrim edificare]. i. aggredi ꝑfe-
ctionem religionis qua ſe aduerſus te-
la diaboli tueat [nõ ꝑus ſedẽs] a paſſio
nibus q̄etus [cõputat ſumpt⁹ q̄ neceſſa-
rij ſunt ſi habeat ad ꝑficiẽdum]. i. q̄ ſibi
ſunt neceſſaria ⁊ q̄ oportuna ad feruen-
ter cõplendũ ⁊ ꝑagendũ h' edificiũ. i. ſta
tum religionis: cuiuſmodi eſt ſeip̄m ꝯtĩ-
nere: priuãdo diuitijs voluptatib⁹ ⁊ vo
luntatib⁹ ſuis [ne poſtea q̄; poſuerit fun
damentũ] ſuſcipiẽdo habitũ religionis
vel q̄litercũq; incipiẽdo ap̄licã vitam [⁊
nõ potuerit ꝑficere] q: deficiunt ei ſum-
ptus. i. ꝯcept⁹ fuit inquãtũ ꝓpter ſuam
negligẽtiã ⁊ tenuẽ deuotionẽ non poteſt
ſufferre opprobriũ paupertis aut lubricũ
carnis vel ꝓprie volũtatis motũ cohibe
re: l; abſolute deo iuuãte hoc poſſet. [om
nes q̄ viderint] eum deponentẽ habitũ
vel mutantẽ propoſitũ [incipiãt illudere F
ei dicẽtes: q: hic homo cepit edificare et
non potuit cõſummare.] Ecce p̄mã ſimi-
tudinem. Sequit ſcða ad idem [Aut q̄s

ꝛex].i. hō viuēs ꝯtinēter vt religioſus ꝑ
bonum regimē ſuoꝝ affectuū atqꝫ mem=
broꝝ. dr eni rex a regēdo [ꝯmiſſur⁹ bel
lū aduerſus aliū regē].i. aduerſus deū
vel ſyndereſim. Sed nunqd religioſi pu
G gnant cōtra deū vel ſyndereſim? Dico ꝙ
ſic oīno. ſed nō inquātū religioſi vel re=
ges: ſed inquātū hoīes fragiles ⁊ ad illi
cita ſenſualiter inclinati. Jn pugna eni
materiali nunqꝫ rex pugnat cū rege in=
quātū reges ſunt: qꝛ vt ſic operatꝰ ſm iu=
ſtitiā ⁊ virtutē ⁊ ꝯñr ſunt oēs concordes
in bono: ſed pugnāt inquātū alter eoꝝ
deſinit eſſe rex ꝑ hoc ꝙ ſuā volūtatē bñ
nō regit: cū velit iniuſta. Et ſilr religio=
ſus hō inquātū a religione ꝑ cogitatio=
nes illicitas cadit pugnat cū deo ⁊ ſynde
reſi [nō ſedēs ꝑus cogitat ſi poſſit cū de
cē milibus occurrere].i. cū obſeruantia
decē preceptoꝝ [ei q̄ cū .xx. milibus venit
ad ſe].i. deo vel ſyndereſi q̄ exigit ab eo ob
ſeruātiā .x. ꝓceptoꝝ: ⁊ vlterius ꝯſilioꝝ.
[alioqꝫ].ſ. vidēs religioſus ꝙ licite nō pt
abūdare pecunijs ad votū diſtrahendis
nec obſcenis cogitationib⁹ mrimonij oc
cupari aut ꝓprio ſenſu opari. [adhuc il
lo lōge agēte].i. anteqꝫ veniat mors: in q̄
H maxie de⁹ ⁊ ſyndereſis agūt aduerſus il
lecebras ⁊ oīa illicita (legationē mittēs)
i. bonā deliberationē faciēs [rogat ea q̄
pacis ſunt] ꝯſentiēdo deo ⁊ ſyndereſi in
obſeruātia predicatoꝝ ſeipm totaliter
cōtemnēdo ⁊ dicādo deo ac prelato ſuo.
Uñ ſubditꝰ ꝑabolarū concluſio. (Sic ergo
oīs ex vobis) q̄ iam eſtis xp̄iani. Loque=
batꝰ eni xp̄s turbis q̄ eū ſequebantꝰ ⁊ ꝯñr
credebāt in eū. (q̄ nō renuntiat oībus q̄
poſſidet).i. iuri diuitiarū ⁊ matrimonij ⁊
ꝓprie volūtatis (nō pōt me⁹ eſſe diſcipu
lus) eo mō quo apli ⁊ religioſi: licet poſ=
ſit eſſe xp̄ianus ⁊ conſequenter ſaluari.

☞ Jn cōmuni plurimoꝝ mar=
tyrum ſecundum curiam.

SEdēte ieſu ſuꝑ mōtē oliueti)
Matt. xxiiij. Ad intellectum
hui⁹ euāgelij notāda ſūt ali
I qua dicta i ꝑncipio euāgelij
tertij añ iſtō.ſ. ꝙ xp̄s circa tē
pus ſue paſſiōis dixerit tēplū ſalomonis
euertēdū ⁊ inde ꝯſcēdit mōtē oliueti: q̄ ē e
diuerſo mōtis q̄ erat tēplū: iter q̄s mon=
tes ē vallis ioſaphat ⁊ torrēs cedrō. Dr
ergo [Sedēte ieſu ſuꝑ mōtē oliueti] ſuꝑ
q̄ in die iudicij ſtabit. ⁊ ex q̄ tēplū ⁊ ciui=
tas hierlꝫ pulcerrime videbatꝰ (acceſſerūt
ad eū diſcipli ſecreto [.i. ſeorſū a turbis
⁊ a toto collegio diſcploꝝ. qꝛ vt pꝫ Mar. K
xiij. iſti īterrogatores fuerūt petr⁹: iaco=
bus: ioānes: ⁊ ādreas [Dicētes. Dic no
bis qñ hoc erūt?).ſ. deſtructio tēpli ac ci
uitatis (⁊ qd̄ ſignū aduētus tui ⁊ ꝯſum=
mationis ſeculi) q̄ ambo erunt ſimul ſu=
mēdo ꝯſummationē ſeculi ꝓ ꝯſummatio
ne ſtatus quē mō hꝫ ſeculū: q.ſ. ē gñatio
nis ⁊ corruptionis. Jn vno eni iſtāti vel
ꝓpe in q̄ xp̄s apparebit ſuꝑ mōtē oliueti
firmabitꝰ celū ceſſādo a motu: ⁊ ꝯñr nihil
āplius gñabitꝰ vl' corrūpetꝰ qꝛ remouebitꝰ
hoꝝ cā .i. mot⁹ celi. Sicut aūt dicit.ſ. Th.
totū qd̄ xp̄s rñdit diſciplis i hͦ euāgelio ⁊ i
tertio añ iſtō qdā .i. Aug. referūt ad ſpūa
lem aduētū xp̄i q̄ venit i nubib⁹ .i. ꝑdica=
torib⁹ ad hoīem mētes ꝯſolādas. qdē vo
totū referūt ad xp̄i aduētū vltimū i iudi
cio. qdā vo totum ad euerſionē hierlm.
Chry. vo dicit: ꝙ dñs p̄io rñdet de euer
ſione hierlm. ⁊ ſcdo de aduentu ſuo ſecū
do. Et dicit ſibi videri ꝙ expoſitio Chry.
ſit preferēda: vñ ad deſtructionē ꝑtinet L
totum qd̄ eſt in hoc euāgelio: ⁊ aliqd qd̄
eſt in tertio ante iſtud. vt ibi dictum eſt.
¶ Sed tñ nota ꝙ deſtructio hieruſalem
fuit figura deſtructiōis mūdi. ⁊ q̄ de vno
hoꝝ dicuntꝰ ſunt aliquo modo vera de
alio: vt ibidē dictū eſt. (Et rñdens ieſus
dixit eis) volēs dare ſigna euerſionis tē
pli ⁊ hieroſolymoꝝ. (Uidete ne q̄s vos
ſeducat. multi eni veniēt i nomine meo)
nō qdē quaſi diſcipuli mei vt apli. ſꝫ q̄ſi
ego ipſe (dicentes: ego ſum xp̄s) Talis
fuit ſimō magus qui teſte.ſ. Tho. dixit ſe
verbum dei deum magnū: oīa dei. vt pa
tet. Actꝰ. viij. de eo dicebāt: hic eſt virtus
dei q̄ vocatꝰ magna. Talis etiam fuit ſi=
mon eſeus: teſte Joſepho ꝑdicās ſe xp̄m
eſſe ⁊ Jude liberatorē. Tales fuerunt
multi ſm glo. tpe euerſionis hieruſalem
dicentes tempus libertatis appropinqſ M
ſe vt theodas ⁊ iudas galileus. de quib⁹
habetꝰ. Actꝰ. v. (⁊ multos ſeducēt) ſicut ibi
pꝫ de theoda ꝑeunte cū ſuis .i. q̄ngentis
(Audituri autē eſtis ꝑlia) anteqꝫ fiant con



tra iſtam ciuitatē (⁊ opiniones preliorꝝ)
quia quidā opinabantꝰ rebellandū eſſe
romanis: quidā non. Uñ ⁊ monſtra que
deus oñdebat vt cometā: q̄ ꝑ annū ꝑſe=
A uerauit: ⁊ acies armatoꝝ ꝑ aera diſcur
rētes: ⁊ hmōi qdā in bonū: ⁊ qdā in ma=
lum interpretari conabantꝰ: (Uidete ne
turbemini) quaſi finis ſit mundi. (Opꝫ
eni hec fieri: ſed nōdū eſt finis).ſ. ſeculi:
⁊ ſi hierlm Erat aūt vt dicit.s. Tho. tūc
tribulatio tāta vt multi crederēt mun=
dū deſiturū. Et hoc nimirū: (Conſurget
eni gens in gētē).ſ. fortis in fortē .i. roma
noꝝ gēs in gentē iudeoꝝ: (⁊ regnū ad=
uerſus regnū: ⁊ erunt peſtilētie ⁊ fames
⁊ terremot⁹ ꝑ loca.) Oīa eni hec ante hie
ruſalē deſtructionē euenerāt ſed multo
peiora in ipā deſtructione. Uñ ſubditur.
(Hec aūt omnia initia ſunt doloꝝ) qua
ſi dicat maiora expectāda fore in poſte=
rum. (Tunc tradēt vos in tribulationē)
quia vt dicit.s. Thom. dicebant mala
euenire propter ſectā chriſtianoꝝ. ⁊ hoc
tā gentiles qꝫ hebrei (⁊ occidēt vos: ⁊ eri
tis odio omnib⁹ gētibus) vt mors oſten
dit martyrum infinitoꝝ (ꝓpter nomen
meū) O cōſolationē maximā tribulari ꝓ
B pter xp̄m ad quā ſperam⁹ per tribulatio
nes venire letiores.) Et tunc ſcādaliza
buntur multi).i. impingent ⁊ cadent a fi
de ⁊ dilectione xp̄i timore perdēdi diui=
tias ⁊ vitam. Scandolon aūt grece lati=
ne impactio dicitꝰ. (⁊ inuicem tradent) qꝛ
vnus xp̄ianus fidē negās interdū aliū
latētē detegebat: vt veriſimile eſt. Uel in=
uicem tradēt hoīes etiā affines: ſicut pꝫ
de cognato Pauli ꝑmi eremite (⁊ odio ha
bebunt inuicē) vel ratione diuerſitatis fi
dei vel cupiditatis diuitiarū vel huiuſmo
di. (Et multi pſeudo).i. falſi (ꝓphete).i. ꝑ
dicatores (ſurgēt ⁊ ſeducēt multos) ſicut
pꝫ de pſeudo aplis: cum qb⁹ paul⁹ ⁊ alij
apli frequēter dimicabāt: ⁊ de qbus pau
lus ſcribit Gal. iij. O inſenſati galathe.
q̄s vos faſcinauit ⁊c. (Et qm̄ abundabit
iniqtas) pſecutorum (refrigeſcet charitas
multoꝝ) chriſtianoꝝ (Qui aūt ꝑſeuera
C uerit vſqꝫ i finē: hic ſalu⁹ erit) Pñt aūt om
nia hec exponi etiam de chriſti aduentu
ad iudicium: vt dictum eſt.

☞ Aliud.

VE vobis qui edificatis mo
numenta ꝓphetarū) Luc.
xi. Ad intellectū aūt hui⁹
euāgelij ſciēdū eſt vt pꝫ ex
textu Luc. ꝙ dñs hec vba D
dixit i domo cuiuſdā pha=
riſei qui ad prādiū inuitauerat illū: ſed
dixit ea reſpōdēs cuidā legiſperito ſeu
ſcribe. Unde Matth. dicit iſta dicta eſſe
ſcribis ⁊ phariſeis: qꝛ vtriqꝫ aderāt. Et
qꝛ multi erant ⁊ iudei erant: ideo eccle=
ſia dicit iſta dicta eſſe turbis iudeorum:
maximeqꝫ fortaſſe aderāt etiā aliqui de
plebeis igitur dicitur. (Ue vobis.) Per
qd̄ ſm Hiero. importatꝰ eterna dānatio
(qui edificatis monumenta ꝓphetarū.
Patres aūt veſtri occiderūt illos) Sꝫ nū
quid eſt malum edificare ſepulcra aut
eſſe filiū homicide? Certe nō: neqꝫ hoc re
ꝓhendit ſaluator. Quidā aūt/ vt dicit.s.
Tho. dicūt xp̄m hic reprehēdere intētio
nē: qꝛ iō edificabāt ꝓphetarū ſepulcro vt
in memoria eēt iniqtas patrū ſuoꝝ. Sꝫ
vt ait: hec expoſitio lr̄e nō eſt ꝯſentanea. E
Chry. aūt dicit ꝙ reꝑhendit intētionem
gl'ie vane ꝓpter quā monumēta ſtrue=
bāt. Uel pōt dici ꝙ xp̄s eis ꝯminatꝰ non
qꝛ fabricabāt illa ſepulcra: ſꝫ qꝛ ex vna
parte magnificabāt ꝓphas fabricādo ⁊
ex alia cogitabāt occidere dñm ꝓpheta
rū. Uñ xp̄s facit mētionē de iſta fabrica
nō qꝛ eſſet mala. ſed qꝛ peccabāt in filijs:
ſicut ſi dicam⁹. Ue his qui faciūt elee=
moſynas religioſis ⁊ excoriant pauperes.
(Profecto teſtificamini) ipſo ope ⁊ dicto
vr̄o. dicebāt eni patres ſuos fuiſſe ꝓphe
tarū occiſores (ꝙ ꝯſentiatis operib⁹ pa=
trū vr̄oꝝ: qm̄ qdē ipi eos occiderūt. Uos
aūt edificatis eoꝝ ſepulcra) Sꝫ ꝯ. vr̄ po
tius ꝙ ꝓteſtarentꝰ oppoſitū: qꝛ honora
bant quos pr̄es occiderāt. Rñdent aliq̄
ꝙ hec ꝓteſtatio nō erat ꝑ hanc fabricā:
ſed ꝑ cōſpirationē in mortē xp̄i. Sꝫ con
tra hoc videtꝰ eſſe textus q̄ dixit: qm̄ qdē
⁊c. vbi redditꝰ cā dicti. Chry. aūt dicit ꝙ
teſtificabātur ſe eſſe filios homicidarū.
Uñ ⁊ ſaluator iuxta Mat. ſic dicit. Jtaqꝫ F
teſtimonio eſtis vobiſmetipſis: quia filij
eſtis eorum qui prophetas occiderunt.
Et quia filij cōmuniter tales ſunt qua=
les ⁊ patres: ideo cōſequēter ex quo per

opus et dictum ſuuꝫ directe teſtificaban tur ſe eſſe ſucceſſores ⁊ filios homicidaꝝ: indirecte etiam teſtificabantur ſe eis aſ= ſimilari. Propterea (quia eſtis ſimiles pa
G tribus veſtris ſapientia dei dixit) .i. ego ipſe qui ſum ſapientia.i.perſona cui ſa= piẽtia appropriatur in diuinis dixi (Mit tã ad illos ꝓphetas ⁊ apl'os) poſtꝗ̄ miſe ro de celis ſpm̃ ſanctũ (et ex eis occident et ꝑſequẽtur) vt inquirat.i.exigat (ſan= guis).i.pena ⁊ vindicta ꝓ ſãguine.(om= niũ ꝓphetarũ: qui effuſus eſt a cõſtitu= tione mundi a generatione iſta a ſangui ne abel iuſti vſqꝫ ad ſanguinem zacharie filij barachie: ꝗ periit inter altare ⁊ edẽ) i.in atrio interiori templi: ita ꝙ iſta edes eſt domus in qua erant arca: mẽſa ⁊ che rubin ⁊c. (Ita dico vobis requiritur ab hac generatione. Ue vobis legiſperitis ꝗ tuliſtis clauẽ ſcientie).i. clauez que eſt ſcientia que ad ſecretã veritatẽ introdu cit ad inſtar clauis quaꝫ ipſi tulerunt.i. acceperũt vel tulerunt.i.abſtulerũt: qꝛ apoſtolis abſtulerunt quãtum in ſe erat
H notitiam legis euangelice. (Ipſi non in troiſtis) ad veritatem fidei (⁊ eos qui in= trabant prohibuiſtis: Cum hec ad illos diceret: cepert̃ phariſei ⁊ legiſperiti gra uiter inſiſtere: et os eius opprimere de multis inſidiãtes ei ꝗ̄rentes capere ali= quid ex ore eius: vt accuſarent eum.) Ce tera que pertinent ad intellectum huius euangelij. vide in die beati ſtephani.

In cõmuni confeſſoꝝ ſcḋm curiam.

